Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Genesis [in latinam linguam translata] : Mss. theol. 64

[Handschrift], [Schwerin], [um 1560]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0001

Mss. Theol. 64.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121/phys_0002

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0004

GENESIS.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121/phys_0005

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0006

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121/phys_0007

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0008

GENESIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121/phys_0009

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0010

GENESIS.

I

Principio cœlum, terramque Deus creauit: Terra autem ina-
nis tum quidem erat, & uacua, & profundum tegebant tenebræ.
Spiritus uerò Dei supra aquas ferebatur. Deus autem: Illuce-
scat inquit. Et subitò lux extitit. Et lucem bonam esse uidebat
Deus. Lucem igitur à tenebris disiungens, lucem quidem diem,
noctem autem nominabat tenebras. Ita uesper, & mane diem
primum effecit. Dixit Deus: sit inter aquas firmamentum:
idemque aquas diuidat. Sic firmamentum Deus condidit: et
aquam sub firmamento, ab ea quæ supra firmamentum
est diremit. Idque ita factum est. Firmamentum Deus no-
minabat cœlum. Ita uesper, & mane diem alterum effecit.
Rursum Deus: Aqua (inquit) sub cœlo quæ est, separatim
ad loca singula confluat: ut siccum appareat. Et hoc quidem
ita factum est. Siccum Deus terram: aquarum autem colle-
ctionem mare appellabat. Videbat autem hoc quoque bonum
esse Deus. Terra inquit Deus: gramen, & herbas proferat,
ex quibus nascantur semina: & arbores frugiferas, ut in
suo quoque genere fructus ferat: & singula sua propria
semina in se contineant in terra. Dictum, & factum. Terra
enim gramen, & herbas producebat semina ferentia in
sus quoque genera, & arbores frugeferas, in se singula
sua continentes semina: in sus quoque genere. Bonũ
autem esse uidebat Deus. Vesper igitur, & mane diem ef-
fecit tertium. Lumina in firmamento cœli existant in-
quit

Ex Bibliotheca Academiæ Rostochiensis
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121/phys_0011

quit Deus: quae die, noctuque luceant: sintque signa, tempo-
ra, dies, & anni, & lumina firmamenti coeli, ut luceant in
terram. Quod quidem ita factum est. Deus autem lumina
duo magna fecit: magnum quidem ut diei, minus autem
nocti ut praeesset: his adiunxit etiam stellas. In firmamen-
to Deus illa collocauit, ut in terram lucerent, diem, noctemq
moderarentur, lucem denique separarent & tenebras. Et
Deus bonum esse uidebat. Ita uesper, & mane diem quartum
effecit. Aqua inquit Deus animalibus motu, uitaque praedi-
tis commoueatur, & uolatilibus quae in terra sub firma-
mento coeli uolent. Cete autem ingentia, & uaria ani-
malia creabat Deus, quae motu, uitaque cientur, & ab
aqua commouentur, in suo quaeque genere, & uarium ge-
nus pennigerum, et aërium idquoque in suo genere.
Bonum etiam huius partes uidit Deus. His autem benedi-
cens: Fertilia cuncta estote inquit Deus, & crescite: ut
aquas marinas expleatis: et in terra uolatilia multipli-
cia sint. Vesper igitur & manè diem effecit quintum.
Animalia uiua inquit Deus, terra proferat, in suo quaeq
genere, armenta, reptilia, et animalia reliqua in terra,
in suo quaeque genere. Idque ita factum est. Ita igitur
Deus in terram animalia condidit, in suo quaeque ge-
nere: armenta in suo genere, & uarium genus re-
ptilium in terra, quodque in suo genere. Videbat
autem bonum esse Deus. Homines creemus, inquit De-
us, formam nobis similem: qui piscibus marinis, &
auibus aërijs, armentis, terrae uniuersae, cunctis in ter-
ra reptilibus dominentur. Deus igitur forma sibi simi-
lem

bem, ad Dei imaginem formam creauit hominem: marem autem, et foeminam eos creauit. Benedicens eis Deus: foecundi estote inquit, & crescite, terrámque complete, eamque subjicite. Vestrum est ni pisces marinos, aues aërias, & quaecunque serpunt ni terra animalia imperium. Ecce inquit Deus, quibus uescamini uarias herbas do uobis, quae ni terra semina procreant: & arbores frugiferas varias, arbores etiam quae semen ferunt. Omnibus terrestribus animalibus, & auibus aërijs, reptilibus quae uitam ni terra agunt, ut herbis uirentibus uescantur. Ecce autem contemplante Deo opera à se perfecta omnia, mirum ni modum bona erant omnia. Sic uesper, & mane dies sextus effecit.

II

Ita igitur caelum, & terra, cum exercitu suo uniuerso perficiebatur: itaque septimo die, opera quae Deus fanebasse erant absoluta. Septimo autem die, ab omnibus operibus suis, quae effecerat quiescebat. Diei septimo, quòd ab omnibus operibus à se perfectis quieuisset, Deus benedicebat. Caelum quidem certè, & terra, cum primum condirentur, ita creati sunt: quo tempore, Deus dominus terram, caelumque fabricaretur, & uaria arborum agri genera, quae antea terra nõ uiderat, uaria item herba agri, quae antea nunquam nata fuerãt. Nondum enim pluuias demiserat Deus dominus ni terram: nec erat qui coleret terram. Sed è terra surgens nebula regionem humectabat. Hominem autem Et gleba faciebat

Deus

Dars dominus, & ni nares eius spiritum vitæ inspira-
bat: ita igitur homo anima vitalis existebat. In Eden au-
tem autem hortum instruebat Dars dominus ni Orientem
versus, & quem creauerat, ni eo hominem collocabat. Et
dominus Dars è terra varia arborum genera iucundis-
mas aspectu, & esu suauissimas producebat. Quinetiam
ni medio horto arborem vitæ, & arborem boni, malique
cognitionis. In Eden autem fluuius adirriga-
dum hortum emanabat: ibidemque ni fluuios quatuor
principales dividebat. Primus Pison est: qui Heuilam
regionem totam circumfluit. Ibi loci autem nascitur,
quod quidem eius terræ pretiosissimum est: Bedellio-
nem quoque, & Onychium reperiunt. Alter fluuius
Gihon est: qui Aethiopiam circumquaque fluit.
Tertius est Hidekel, qui propter Assyriam fluit. Quar-
tus est Euphrates. Vt igitur coleret hortum, eumque
custodiret, adductum hominem ni horto eum Deus do-
minus collocabat, eidemque mandabat: Omnium ni-
quiens arborum fructu vescere: ab una saltem boni,
malique cognitionis arbore abstine. Quo enim die, ni
de vescaris, morte miseribis. Hominem esse solum do-
minus Deus dicebat, non expedit. Sociam illi, quæ circa
ipsum sit, ego faciam. Cum enim Dars dominus de
terra uaria animalium genera ni agro creasset, & a-
ueis aërias multiplices: ea omnia, ut nomina singulis
imponeret, ad hominem adducebat. Quo enim cuique
ea quæque animalia nomine appellaturus homo esset, id
nomen erant postea seruaturæ. Homo igitur anima-
libus

libus, volucribus cæli, brutis agri, singulis singula impone
bat nomina. Homini autem quod conueniret, aut socia
quæ circa ipsum esse posset, nihil reperiebatur. Hic igitur
iubente Deo domino, archetypus hominem somnus ample
ctebatur: cuj costarum exemit unam, & carne
locum explevit. Fœminam autem de costa fabricabatur
Deus dominus, quam de homine adnexuit, eamque co
ram homine sistebat. Certè inquit homo, ossa de meis
ossibus, & carnem de mea carne agnosco. Quod de viro
sumpta est, propterea virago nominabitur. Relictis igitur
patre, matreque, uir uxori suæ adhærebit: & caro erũt
una. Erant autem utrique nudi: homo cum uxore sua:
neque tamen ullo pudore mouebantur.

III.

Serpens autem animalia agri quæque à deo condita astu,
tiâ sua longè superabat, & fœminæ dicebat. Quid? an tu
deum dixisse, & esu arborum quorum libet credis uobis in
terdixisse? Fœmina serpenti inquit. Fructu arborum horti
uescimur. De fructu autem arboris quæ in medio est hor
to dixit Deus: Ne comedite, neque tangite, ne moriami
ni. Serpens fœminæ: À morte inquit, nullum planè ui
bis est periculum. Sed nouit Deus, quod quocunque die
ne comederitis aperientur uestri oculi, & uj similes, bo
ni, malique notitiam habebitis. Videns igitur mulier, quod
esus eius arboris bonus esset, aspectu lepidus, arborem de qua
præsertim, quæ afferret prudentiam, esse suauissimam, de
cerpto fructu comedit, & partem uiro obtulit, isq; comede
bat. Continuò igitur eorum apertis oculis, se nudos esse

animad-

animeaduertebant, et folia ficulna contexentes, tegumenta
sibi parabant. Cum autem diei aestus remitteret, vocem dei
domini in horto ambulantis audiebant. Adam igitur cum
uxore sua conspectum dei domini fugiens, in horto sub
arboribus se abdebat. Deus autem dominus inclamans: Ad-
ubi es? inquit. Ille verò: Audiens vocem tuam in horto,
timui, & quòd nudus sum, abscondi me. Quis nudum esse
te, ait ille, dixit tibi? Nonne fructum arboris à me pro-
hibite, comedisti? Adam autem, mulier inquit, quam
consociasti mihi, de arbore quod obtulit mihi, eo vescebar.
Cur tu, inquit Deus dominus mulieri, ista fecisti? Illa con-
trà, ut comederem inquit, à serpente persuadebar. Hic
serpentem alloquutus Deus dominus, Maledicte posteaquam im-
pulsore factum est, perditus execratione sis, inter ani-
malia cuncta, & bruta agri universa. Abiectus in ven-
trem, humi repes, & pulvere vescaris perpetuò. Ego au-
tem inimicitias conflabo inter te, & mulierem, inter tuum
& illius semen: ille caput tibi pedibus comminuet: tu au-
tem eius pungues calcaneum. Mulieri verò dicit: multos
tibi gravida dolores efficiam: quinetiam cum dolore li-
beros paries, & voluntas tua, imperio mariti tui subiecta
erit: isque dominabitur tibi. Tu autem inquit Adae mu-
lieris quoniam dicto audiens fuisti, & de arbore, quam ne
gustares mandaveram comedisti: tua causa maledicta
ager sit, miserè vitam tuam propagabis perpetuò: spi-
nas ferat tibi, & tribulos: vigne oleribus agri vescaris.
Sudoribus cultus tui, panem comedes tuum, donec ex quo
sumptus es, in terram commutaveris. Terra enim es tu, &

terram

terram te fieri oportet. Adam autem uxorem suam, quod
ea omnium uiuentium mater sit, Hevam nominabat.
Deus autem dominus ex uelleribus tunicas Adamo, & uxo-
ri eius conficiebat: ijsque induebat eos. Ecce, ait Deus
dominus, certè nostri similis factus Adam: boni malique
cognitionem est adeptus. Nunc autem, ne extendens
manum, de arbore uitæ decerpat, & comedens uitam æ-
ternam immortalem, de horto Edem emisit eum Deus do-
minus, ut de quo extiterat, agrum coleret. Extruso au-
tem Adamo, Cherubim ad hortum, cum gladio districto
ad custodiendum, ut uiam ad arborem uitæ custodi-
ret, collocabat.

IIII

Vxorem suam cognoscebat Adam: illa autem facta
prægnans, Cainum pariebat. Iam inquiens uiri illum,
iam dominum possideo. Eadem autem pergens, Abelem
fratem eius parit. Abelus uero rem pecuariam: Ca-
in uero agriculturam exercebat. Quodam tempo-
re de frugibus agri Cain: Abelus uero de primitijs
gregis sui, & eius pinguedine domino offerebat.
Dominus autem Abelum, & sacrificium eius clemen-
ter respiciebat: Cainum uero, & eius sacrifi-
cium non clementer respiciebat. Hic præsenti Cai-
nus iracundia inflammatus, iram multa, gestúq;
prodebat. Dominus autem Caino, cur exacerbaris
inquit, & unde ista multus commutatio? Nonne

Gratum

gratum te facit probitas? At si improbus fueris, peccatum cubat in foribus. Tu autem caue illi morem gesseris: qu„ potius imperio tuo illud coërce. Cainus igitur Abelum po„ stea alloquitur. Sed cum in agro essent: adortus fratrem suum Abelum, mortem illi Cainus obtulit. Vbi, inquit, caino dominus, est Abelus frater tuus? Nescio: ait ille, mene fratris mei custodem esse oportuit? Quid tu, ait ille, de„ signasti? Vox sanguinis fratris tui, ad me de terra uo„ ciueratur. At tu quidem obnoxius execrationi es in terra, quæ aperto ore suo, sanguinem fratris tui, de manibus tuis absorbuit. Ager à te, quantumuis cultus, bonitati suæ non respondebit: inconstans, & profugus e„ ris in terra. Grandius peccatum est meum, respōdet cain domino, quàm ut ueniam consequi me posse con„ fidam. Ecce hodie extrudis me hinc, & facies tua fugi„ enda est mihi: quinetiam inconstans, & profugus esse co„ gor. Fiet igitur ut in quemcunque incidero, ab eo morte afficiar. Minimè inquit dominus: sed qsquis Cainum occiderit, ab eo in septuplum reposcetur. Ne igi„ tur à quoquam forte interficeretur, signo Cainum no„ tauit dominus. Ita igitur à conspectu domini digressus Cain, terram Nod, trans Edenum in orientem nico„ lebat. Cain uxorem suam cognoscebat, quæ grauida Hanoch pariebat. Vrbi autem à se ædificatæ, nomen filij sui Hanoch imponebat. Hanoch, Irad procreabat, is Mahuiäel, ex quo Methusaël. Methusaël uerò Lamech. Lamech uxores ducebat duas: alterum Adam, Zillam alteram. Ada pariebat Iabal: à quo tugurij nicolæ, &

pecuarij

pecuarij orti sunt. Frater eius Iubal erat, à quo fidicines orti sunt, & reliquum genus tubicinum. Pariebat autem Zilla quoque Thubalkam videlicet, illum æris, & ferri magistrum. Soror eius Naëma dicebatur. Lamech autem uxoribus suis Adæ, & Zillæ dicebat. Vxores Lamech, audite quæso, & quæ dicam vobis, attendite. Virum interfeci, id'que vulnus meum, & adolescentem ad plagam meam. Septies Caini cædes: at Lamech septuagies septies vindicabitur. Iterum autem cognouit uxorem suam Adam, & illa filiũ pariens, Sethum nominabat. Aliud enim, dicens, semen pro Abelo, à Cain interfecto, mihi deus proposuit. Seth quoq; filium, quem ille nominabat Enos pro Hic cæptam est, de nomine domini prædicari.

V

Atqui hic quidem est liber de hominum genere. Cum hominem crearet deus: ipsum ad similitudinem Dei fingebat. Marem autem, & fœminam eos efficiebat, ijsque bene, fœliciterque precabatur: & cum crearentur nominabat eos homines. Adam autem cum annos centum, & triginta haberet, filium sui similem, nomine Seth, procreabat. Postea octingentos annos viuens, filios creabat, & filias, ita totum eius vitæ circulum, anni erant nongenti, triginta: & vitam cum morte commutabat. Seth centum & quinq; annis ætatis, Enos procreabat. Octingentis postea annis completis, & septem, filios, & filias creabat. Idem autem nongentis, & duodecim annis, quæ fuit vitæ eius summa, decursis, è vita discessit. Enos nonaginta annos natus, Kenan procreabat. Vitam autem ad octingentos, & quindecim annos propagauit, filij, & filiæ nascebantur. Vita

eius.

eius integra, annos nongentos, & quinq; complectitur: qbus
exactis, uitam reliquit. Kenan septuagesimo anno, Maha-
laleel nascitur. Octingentis postea, & quadraginta annis ui-
ta fruebatur, & filios, filiasque natas uidebat. Vitae eius
spacium integrum, nongentis, & decem annis perficitur.
Itaque mortem obijt. Mahaleel sexagesimo quinto anno filio
Iared augebatur. Postea octingentos triginta annos comple-
uit, filijs auctus, & filiabus. Vitae eius terminus octingẽtis,
nonaginta quinque annis concluditur: sic ad exitum uitae
ille uocabatur. Iared centesimo sexagesimo secundo anno
Henoch suscepit, octingentos autem annos postea decurrens, fi-
lios & filias postea procreabat. Vita eius igitur nongentis,
sexaginta duobus annis constat, & uitae diem supremũ clau-
sit. Henoch sexagesimo quinto anno filium Methusalah
uidit. Nato autem, & in lucem suscepto Methusalah, trecẽ-
tos annos, auctus filijs, & filiabus, uitam piam, sanctamq; egit.
Eius igitur uitae summa trecentis sexaginta quinq; annis
absoluitur. Quod autem uitam sanctam ageret, à deo abla-
tus, non amplius cernebatur. Methusalah centum, octoginta
septem annos natus, procreabat Lamech. Septuagintos postea,
octoginta duos annos uiuens, filios natos, filiasque uidit.
Confectis igitur nongentis, sexaginta nonem annis, ex hac
uita migrauit. Lamech centesimo, octogesimo secundo
anno filium suscepit, eumque. Noah appellabat, dicens;
Ille nos in terra à domino maledicta, & in his miserijs no-
stris, atq; laboribus consolabitur. Quingentis autem, no-
naginta quinque annis postea peractis, natis deniq; filijs, &
filiabus: ut anni eius in uniuersum septingenti, septua-
ginta duo numerentur, uitam edidit. Noah ad quin-
gentesimũ

gentesimum annū vita perducta, Sem. Ham, & Japhet pro-
creabat.

VI

Paulatim autem crescente hominum multitudine in ter-
ra, procreatis denique filiabus: ad filias hominum, quod for-
mosæ essent, oculos filij Dei adjiciebant, & quam quisq;
vellet, uxorem ducebat. Dominus igitur, non se patiuntur
inquit, homines, à meo spiritu castigari amplius: caro enim
sunt. Sed tamen centum, & viginti annos ipsis largior.
Erant in terra eodem tempore tyranni quoque. Cum n.
filij Dei, cum filiabus hominum concumberent, & ex
jis liberos susciperent, præstantes in mundo ex jis, & cla-
rissimi viri nascebantur. Sed cum malitiam hominū
in terra magnam esse, & cordis eorum cogitata omnia,
atq; sensa mentis munquam nisi ad malum vergere animadver-
teret DOMINVS, homines in terram creatos esse pœnituit
eum, & intimo corde dolebat, dicens: Homines quos cre-
avi delebo de terra: homines pariter, & animalia, reptilia
denique, & aërias volucres. Quod enim creaverim eos,
me pœnitet. Noah autem erat apud Deum in gratia. Genus
eius id erat. Noah enim bonus erat, sine malitia, vitamq;
jis temporibus agebat sanctissimam. Filios autem procrea-
bat tres, Sem, Ham, Japhet. Terra autem ante Dei ocu-
los perdita, & plena erat malitia. Terram igitur contē-
plans Deus, perisse eam animadvertit. Omnis enim ca-
ro vitam suam in terra perficiebat. Finis omnis car-
nis inquit Deus Noae coram me obversatur. Ab jis. n.
terra improbitate tota referta est. Ecce autem, eam

terra

terra perdam eos. Arcam tibi Abiegnam, & in ea cameras
ædifica; pice eam extrinsecus, & intrinsecus obline, sit au-
tem tali forma. Longitudo trecentis ulnis: quinquaginta
latitudo, altitudo autem triginta pateat. In eius summo fe-
nestram constitues latam ulnam unam. Ianua sit in
medio latere. Tribus autem contignationibus, infima, me-
dia, & suprema distinguatur. Ecce enim in terrā ego aqua-
rum eluuionem emittam, ut quæcunq; spiritu uitali sub
cælo carofruitur, omnis pereat quicquid in terra est inte-
ribit. Tecum autem fœdus faciam. Tuque filijs, uxore, &
nuribus comitatus in arcam ingredere. Varia præterea ani-
malium genera ex carnis cuiuslibet, ut tecum uiua ser-
uentur, par maris, & fœminæ in arcam tecum recipies.
Aues sui generis, bruta animalia sui generis, reptilia
etiam terræ, suæ quæque generis. Ex his omnibus sin-
gula paria, ut uiua maneant, tecum ingrediantur.
Cibos etiam uarios aptos ad esum tecum importabis, & ut tibi
& ipsis alimento sint, apud te colliges. Noah autem mā-
datum Dei efficiebat.

VII

Ingredere inquit Dominus Noah in arcam, cum familia tua
tota. Te enim hoc tempore coram me iustum perspexi. De
mundis animalibus septena quæq; marem, & fœminam
tecum sumito. De immundis autem, de mare, & fœmi-
na singula paria. De uolucribus aërijs eodem modo, septe-
na marem, & fœminam: ut semen in uniuersa terra
uiuum conseruetur. Post septem dies enim, pluuiam in
terram demittam, diebus, noctibusq; quadraginta: et quicquid
uspiam a me creatum est, omne de terra disperdam. No-
ah

ab autem mandatum domini persequitur. Agebat autem
uitæ suæ annum sexcentesimum, cum aqua eluuionis in
terra accideret. In arcam igitur cum filijs, uxore, &
nuribus, propter aquas eluuionis ingrediebatur. De mun-
dis, immundisque animalibus: de auibus, & reptilibus
terræ cunctis, paria quæque mas, & fœmina, uti man-
dauerat ipsi Dominus ad eum in arcam ueniunt.
Septem diebus consumptis, in terram aqua eluuionis e-
rumpebat. Anno ætatis Noah sexcentesimo, die mensis
secundi, septimo decimo, hoc inque die, immensarũ
altitudinum fontes soluti, & fenestræ cæli patefactæ
sunt, & pluuia diebus, noctibusq; quadraginta demit-
tebatur. Eodem die Noah cum filijs, Sem, Ham, & Ia-
phet, uxore, & tribus nuribus in arcam ingreditur.
Eodem ueniebant uaria animalium genera, armẽta,
reptilia terræ, uolucres in suo quæque genere: qcqd
uolare, & alis uti poterat, ad Noahm paria quæq;
in arcam ueniebant, ex omni carne. Illa igitur oĩa
ad mandatum Dei ingrediebantur. Dominus autem
ponè illum occludebat. Hic igitur illa in terra extitit
eluuio: aquæ autem crescentes arcam sublatam,
suprà terram ferebant. Ita enim aquæ exundabãt,
& in terra crescebant, ut arca in aqua nataret: qn
etiam tanta aquæ uis, & multitudo extitit, ut al-
tissimi quique sub cælo montes abderentur, qn
decim ulnis suprà montes tectos aqua extabat.
Omnis igitur caro, reptilium, uolucrium, armento-
rum animalium, & quicquid in terra mouetur,
hominum etiam, & quicquid uitali spiritu in ari-
do.

do fruiter, moriebatur. Sic quicquid in terra conti-
nebatur, homines, pecudes, reptilia, volucres aëriæ, id
totum de terra perdebatur. Solus Noah, & quæ com-
munis cum ipso arca continebantur, servabatur. Cen-
tum autem, & quinquaginta dies aqua in terra con-
sistebat.

VIII.

Deus tamen recordatione Noha, & quæ cum ipso
in arca erant, animalium, & pecudum motus,
ventum in terram excitavit. Subitò igitur subsede-
runt aquæ, & fontes profunditatum obstructi sunt, &
clausæ fenestræ cœli, pluviæ etiam cœli imperatum est.
Itaque aquæ post centum, & quinquaginta dies de
terra paulatim delabi, & decrescere Die
septimo decimo mensis septimi, in montes Ararat
arca subsedit. Aqua vero ulterius delabi, & minui
ad mensem usque decimum. Cuius mensis die pri-
mo, summa montium cacumina apparebant. Quadra-
ginta diebus post, quam fecerat, aperta fenestra eorum
emittebat Noah. Ille autem hac, illacque, dum aquæ in
terra exarescerent, volitabat. Idem postea columbam
emittebat, ut abiissentne aquæ cognosceret. Cum au-
tem pedem ubi poneret, non inveniret, (totam enim
terram aquæ adhuc operuerant.) ad ipsum in ar-
cam revertitur. Ille autem extenta manu, eam ad
se in arcam recipiebat. Rursum igitur septem dies
commoratus, aliam columbam ex arca emittebat.
quæ cum circiter vesperam ad ipsum revolasset; ecce,

quod

quod de cerpserat, folium oleæ in gestabat. Aquam igi-
tur de terra defluxisse etsi Noah animaduertebat: alios
tamen præterea septem dies commoratus, columbam e-
mittit. Illa autem non reuertitur. Ætatis Nohæ anno
sexcentesimo primo, & primi mensis die primo, aqua
de terra exaruerat. Remoto igitur de arca tecto, ter-
ram siccam esse animaduertit. Ita igitur uicesimo
septimo die, mensis secundi, terra omnino sicca erat.
Nunc igitur inquit Deus Nohæ, tu cum uxore, filijs, &
nuribus, ex arca egredere: & uarium genus animã-
tium quod tecum est, pisces, aues, pecudes, reptilia terræ
egrediantur tecum. In terra mouete uos, & fœcũdi
numerum uestrum in terra multiplicate. Sic igitur
Noha cum filijs, uxore, nuribus, uarium denique ge-
nus animalium, reptilium, auium, & quæcunque ser-
punt humi, omnia ex arca ad suum quodque simile
egrediebatur. Noha autem aram domino ædificat,
sumptóque de uarijs mundis animalibus, & uolucrib.
mundis sanguine, sacrificium Holocaustum fecit in al-
tari. Dominus autem suauitates odorum olfaciens, se-
cum ipse, non amplius inquit, hominum causa terram
malè execrabor. Cordis enim humani cogitatio, oĩa
à pueris uitiosa sunt. Neque in posterum omne uiuẽs
sicuti nunc feci, percutiam. Stante potius terra, neq;
semen, & messis, neque frigus, & calores, neque
æstas, & hyems, neque dies, & nox, unquam esse
desinent.

IX

Deus.

Deus autem benedicebat Noe, & filijs eius inquiens:
Foecundi sitis, & crescite, terranique explete. Timor ue-
stri omnibus terrae animalibus, volucribus aërijs, & qcqd
serpit uspiam iniiciatur: pisces marini omnes uestrae
potestati pareant. Quicquid motu, uitaque cietur, eo
uesciminj: illa enim omnia ceu olera uirentia uo-
bis permisi. A carne saltem, in suo uiuente sangui-
ne abstinete. Nam uestri quoque corporis sanguinē
uindicabo: quinetiam idem de omnibus animalibus
uindicabo, & hominis uitam, de quocunque homine,
ceu fratre uindicabo. Qui hominis fundit sanguinē
eius sanguis uicissim per hominem fundetur. Ad
imaginem enim suam condidit Pars hominem. Foecū-
di sitis, & uberes, inque terra mouete uos, ut sitis
quam plurimi. Deus autem Noham, & filios eius
sic alloquitur. Ecce, uobiscum, & cum semine ue-
strae posteritatis, cum omnibus animalibus uiuis
apud uos, quae de arca egressa, qualiacunq; sint in
terra tale foedus facio, eiusque ea sit ratio. Nun-
quam fore in posterum, ut omnis caro per eluuionem
pereat: neque illa accidet eluuio postea, quae terram
perdat. Idem postea: Singulum hoc est foederis, quod in-
ter me, & uos, omnia deniq; uiua animalia, perpe-
tuò pepegi. Arcum meum in nubes posui, ille sit testis
pacti inter me, & terram foederis. Cum igitur nubes
supra terram induco: meum etiam arcum aspicietis.
Foederis sic mei recordabor, quod mihi uobiscum, & cu-
iuscunq; carnis uiuis animalibus est. Non fore unq̄ꝫ
ut omnem carnem perdens, accidat eluuio. Propterea
igitur

igitur, in nubibus arcus sit meus, quem aspiciẽs in me-
moriam redeam pacti inter DEVM, & omnia viva anima-
lia terrestria carnis cuiuscunque foederis sempiterni. Il-
lud etiam addens, loquens cum Noah: signum hoc sit pacti
inter me, & omnem carnem terrestrem foederis. Filij
Nohæ egressi ex arca sunt: Sem, Ham, Japhet. Ham enim
pater est Canaan. Atque hi quidem Nohæ tres filij sunt,
à quibus tota regio postea culta, et possessa est. Noah autẽ
agriculturæ incipiebat studere, & instituebat vineam.
Sed cum vinum bibisset, factus ebrius, in tentorio malè
tectus iacebat. Ham igitur ille, pater Canaan, visis pu-
dendis patris, fratribus duobus, qui foris erant renun-
ciabat. Sem autem, & Japhet, tectis veste humeris suis,
converso ad patris aspectum tergo, pudenda patris tege-
bant. Averterant autem faciem suam, ne pudenda pa-
tris aspicerent. Noah igitur de vino experrectus, & qd
ipsi à filio minore accidisset, cognito, malè sit Canaan
inquit, & omnibus fratris sui servis inferior sit.
Idem etiam: Laus Deo domino Sem debetur, inquit: Ca-
naan autem serviat illi. Deus augeat Japhet, & in ten-
torijs Sem habitet: Canaan autem serviat illi. Post
eluvionem trecentos, & quinquaginta annos vivebat
Noah. Decursis igitur nongentis, quinquaginta an-
nis, ad exitum vitæ vocabatur.

X

Posteritas filiorum Nohæ hæc est: Sem, Ham, Japhet:
illi enim ab eluvione liberos procreabant. Liberi Ja-
phet Gomer, Magog, Madai, Javan, Thubal, Mesech,
&

& Tiras. Gomer filij: Ascenas, Riphath, Thogarma. Iauan filij:
Elisa, Tharsis, Cithim, Dodanim. Ab his insulae gentium, in eorum
terris, pro cuiusque lingua, genere, & hominibus sunt pro-
pagatae. Liberi Ham: Chus, Mizraim, Put, Canaan. Chus
filij: Seba, Heuisa, Sabtha, Raëma, Sabtecha. Raëma filij:
Scheba, Dedan. Chus autem procreabat Nimroth: ille florere
potentia in terra incipiebat. Erat autem uenator excellens
coram domino: ex quo ortum prouerbium est. Similis Nim-
roth hic excellens uenator est coram domino. Initium au-
tem regni eius, erat Babylon, Erech, Acad: Chalnae in regi-
one Sinear. Ex qua terra postea ortus Assur. Nimphen
aedificauit, & Rehobathir, & Calah, Ressen quoque intra
Niniuen, & Calah. Est autem urbs illa ampla. Mizraim pro-
creabat Ludim, Anamim, Leabim, Naphtuhim, Pathrusim,
Cacluhim. Hinc autem Philistini orti sunt, & Caphthorin. Ca-
naan primo loco natam Zidonem suscipiebat, deinde Heth,
Iebusi, Emori. Girgosi, Hiui, Arki, Sini, Aruadi, Zemari,
Hamathi. Ex quibus prosapia Cananitarum duxit originem.
Erant autem fines eorum Zidone per Gerar, Gasam usque quae
Sodomam, Gomorram, Adama, Zeboim, Lasanique attingit.
Atque haec quidem Hami est posteritas, hoc genus, linguae,
regiones denique, & homines. Sem uero Iapheti minoris
frater, liberos quoque suscipiebat. Ille autem pater est filiorum
Eber. Filij sunt: Elam, Assur, Arphachsad, Lud, Aram. Filij
Aram: Vz, Hul, Gether, Mas. Ab Arphachsad Salah nasceba-
tur: a Salah, Eber. Eber autem duos filios creabat. Peleg
unum, quod eius tempore mundus diuidebatur, & fratrem
eius Iaketan. Ille Almodad, Saleph, Hazarmaphet, Iarah,
Hadoram, Vsal, Dikela, Obal, Abimael, Seba, Ophir, Heuila.

Iobab

Iobab procreabat. Atque hi quidem omnes filij sunt Jaketan. A Mesa autem, saphar usque ad montem, qui in orientem spectat, habitabant. Hi igitur filij sem numerantur, in genere suo, lingua, regionibus, & hominibus. Tota illa Noeh est posteritas, illud genus, hi homines. Ab his post eluuionem homines in terram sunt propagati.

XI

Eadem autem mundus uniuersus lingua, eodem sermone utebatur. In orientem autem profecti, in regione Sinear, ~~in~~ planissimum inuenientes, ibi habitabant. Agite inquiunt communiter formemus lateres, & coquamus. Lateribus igitur pro lapide, & bitumine pro coemento utebantur. Vrbem igitur, & turrim aedificemus aiunt, cuius fastigium coelum contingat: ut nomē nostrum commendemus immortalitati, fortassis enim in uarias terras dissipamur. Dominus igitur urbem, & terram à filijs hominum quae condebatur inspecturus delabitur. Vnus profecto inquit dominus populus, & sermo idem omnibus communis est: certe quod facere instituerunt, nisi perfecto eo non conquiescent. Agite ergo, delapsi, sermonem eorum, ne sese mutuo deniceps intelligant confundamus. Ita igitur ut inceptam urbis aedificationem deponerent, ex eo loco in uarias regiones eos dominus dissipabat. Quod igitur regionum uniuersarum linguas ibi dominus confudisset, eosque in terras infinitas eiecisset, nomen ei Babel imponebatur. Familia Sem haec est: Sem anno centesimo, altero post eluuiones anno Arphachsat procreabat: postea quingentos uiuens annos, filios, filiasque procreabat: postea quingentos uiuens annos, filios, filiasque suscipiebat. Arphachsat annum agens tricesimum quintum, salah natū uidebat.

bat. uiuens postea quadringentos treis annos: filios filiasq
procreabat. Salah exacto anno tricesimo, Eber nascebatur.
Vitam deinde ad quadringentos, & treis annos producens
filios, filiasque natos aspiciebat. Eber triginta quatuor
annos natus, Peleg augebatur: uitam ex eo tempore ad
quadringentos triginta annos agens, filios, filiasq; suscipi-
ebat. Peleg tricesimo anno Regu procreabat: uiuens po-
stea ducentos, & nouem annos, filios, filiasq; procrea-
bat. Regu anno tricesimo altero, Serug nato augebatur.
uiuens postea ducentos annos, & septem filios, filiasque
procreabat. Serug tricesimo anno Nahor suscipiebat.
Ducentos postea annos uiuens filios, filiasque procrea-
bat. Nahor anno undetricesimo Tharah filium pro-
creabat: centum postea, & undeuiginti annos uiuens,
filios, filiasq; suscipiebat. Tharha septuagenarius, Abram,
Nahor, & Haram procreabat. Tharhae familia haec est:
Tarha Abram, Nahor, & Haram gignebat. Haram ante
Loth. Haram uero morte patrem Tarah antecedens,
ni patria sua VR Chaldeo, decedebat. Abram igitur, &
Nahor uxores ducebant. Abramj uxor Sarai dicebatur:
Nahor uxor Milca filia Haran, quj Milca, & Iisce pa-
ter erat. Sarai autem sterilis cum esset, nihil pariebat.
Tarah igitur Abram, & Loth ex filio Haran nepotem,
nurumque Sarai, filij sui Abramj uxorem: ut iter-
ram Canaan proficiscerentur, ex VR Caldaeo eos secum
educebat. Cum igitur Haran uenissẽt, ibi habitabãt.
Thara autem ducentesimo secundo anno exacto, Harã
moriebatur

XII

Dominus.

Dominus autem Abrahæ, è patria tua egredere inquit, & relictis cognatis tuis, domoque paterna, in regionem quã ego commonstrabo tibi proficiscere. Te autem magnitudine populi collocupletabo, bene dicam tibi, & nominis celebritate donabo, & planè eris benedictus. Quos bene tibi velle cui dero, eisdem quoque ego benefaciam, & perdam, qui tibi male precabuntur. In te autem omnibus terræ familijs benedicetur. Ita igitur Abram, iussu domini, Lots comitãte egreditur. Agebat autem annum septuagesimum quintũ Abram, cum Harano abiret. Cum uxore igitur Sarai, & Lots ex fratre nepote, cum bonis quibus auctus erãt omnibus, & animalibus quas procreauerant Harani, iter in Canaan suscipiebat. Quo cum uenisset, Abram usq; ad uicos Sichem, & lucum Morè contendit. Cananitæ enim tum quidem eam regionem incolebant. Abramo autem ciuis dominus: Semini tuo hanc terram inquit largiar. Altare igitur, domino uiso ibi constituit. Inde autem se commouens, ad montem, qui ad orientem urbem Bethel spectabat, proficiscitur: collocatóque tabernaculo suo, Bethel in occidentem uersus, Ai in orientem spectabat. Altari autem domino ibi extructo: de nomine domini commemorabat. Vlterius autem progressus postea, in meridiem Abram proficiscebatur. Sed cum annona id loci carissima esset, in Ægyptũ, quòd maxima esset in regione caritas descendit, ut aduena ibi se sustentaret. Cumque ad Ægyptum aduentaret, uxorem suam Sarai alloc utus Abram: Te formosa facie scio esse feminam inquit. Visa igi-

tur

tur te, continuò uxorem meam esse dicent. Ægyptij, me&q;
trucidato, te retinebunt. Amabo te igitur, sororem te
meam esse dicito, ut tua causa melius mecũ agatur,
& propter te anima mea cuitam suam retineat. In Ægy-
ptum igitur ingresso Abramo, Ægyptij fœminam forma
eximia præstantem cernunt. Quinetiam principes Pha-
raonis eam coram ipso prædicabant. Illa igitur domum
Pharaonis deducitur. Cum Abramo agebat illius ergò beni-
gnè. Oueis igitur, boues, asinos, seruos, & seruas, asi-
nos, & camelos possidebat. Sed DOMINVS, propter Saraj uxo-
rem Abramj, magna calamitate Pharaonem, & domum
eius premebat. Accersito igitur Abramo: Cur hoc tandem?
inquit: cur uxorem essetuam non confitebaris mihi?
cur sororem esse tuam dicebas? ut eam uxorem mihi tu-
cere cogitarem? Tuam igitur tibi uxorem habe, & pro-
fiscere. Seris autem, ut eum, cum uxore, & bo-
bus omnibus, tuto deducerent, Pharao imperabat.

XIII

Abram igitur ex Ægypto, cum uxore, & quicquid posside-
bat, cum Lotho, in meridiem proficiscebatur. Abram au-
tem re pecuniaria, argento, & auro abundabat. Pergens
autem de meridie Bethel usque, ad eundem locum, in
quo prima tabernacula sua, inter Bethel, & Ai locata,
contendit: ubi item altare paulò ante extruxerat. Ibi
cum igitur de nomine Domini commemorabat. Lot
autem comitatus Abramum, oueis, boueis, & sua taberna-
cula ducebat. Eos igitur coniunctos, & una habitantes, egrè
illa una regio sustinebat. Erant enim ambo facultates corp:

&

& una habitare non poterant: quinetiam crebræ pastorum pecoris Abrami, & pastorum pecoris Lothi concertationes, & iurgia oriebantur. Cananitæ præterea, & Pheresitæ tum quidem eam regionem tenebant. Quæso te inquit Abram Lotho, cum fratres simus, non committamus, ut inter noe, & te, & utriusque pastores sint dissidia. Nonne tota tibi patet regio? Amabo te, discede à me. Quod si sinistram elegeris, ego tenebo dextram: sin dexteram malueris, ego sinistra ero contentus. Loth igitur regionem quæ ad Iordanē est contemplatur. Antè enim quam Sodomam, & Gomorram Dominus perderet, aquis abundabat, Zoar usque, ceu hortus domini, velut in Ægypto. Electa igitur tota Iordanis regione, in orientem Loth discedebat. Sic igitur fratres disiungebantur, ut Abram in Canaam: Loth autem in urbibus eius loci habitaret. Tabernaculum igitur Sodomæ collocabat. Erant autem Sodomæ ciues improbi: et peccatis grauiter Dominum offendebant. Post Lothi discessum, oculis tuis sublatis, inquit Abramo dominus, isthinc circumquaque septentrionem, meridiem, orientem, occasū versus uide. Illam enim terram, quam uides uniuersam, tibi, & prosapiæ tuæ dabo perpetuò. Quinetiam sementuum, ceu pulverem terræ locupletabo. Qui pulverem, idem sementuum numerando compræhendet. Quamobrem per regionem, longum, latumque proficiscere: tibi enim dabo. Abram igitur moto tabernaculo ebiens, in luco Mamre, qui Hebron est, habitabat. Id etiam loci alteræ Domino constituebat.

Tempo.

XIIII.

Temporibus autem regis Sinear Amrophelis, Arioch Elassaris, Kedarlaomor Elami, Thideal regis gentium factum est, ut cum Berá rege Sodomæ, Birsa Gomorræ, sineab Adamæ, semeber Zeboimæ, & quæ Zoar dicitur, rege Belæ bellum gererent. Hi omnes in valli, quò loci nunc mare mortuum est, conveniebant. Duodecim annis imperio Kedorlaomori subiecti, anno tertio decimo ab ipso defecerant. Kedorlaomor igitur cum regibus socijs anno quartodecimo Gigantes Astarothi Karnaimi, & Susimos Hami, Emimos agri Kiriathaim. Horitos etiam in montanis Seir, ad planiciem usque Pharan, quæ ad desertum pertinet, cecidit. Quo perfecto, conversi ad fontem Mispat, quæ Cades est, regionem totam Amelekitarum, Amoritas enim Hazezen Thamar nicolas, profligarunt. Reges igitur Sodomæ, Gomorræ, Adamæ, Zeboim, Belæ quæ Zoar est, ut manus conferrent, in valli Siddim arma suscipiebant, pugnaturi cum regibus Kedorlaomor Elami, Thideal rege gentium, Amraphel Sinear, Arioch Elassaris, quatuor contra quinque. Erant autem in valle Siddim frequentes putei bituminis. Regibus autem Sodomæ, & Gomorræ in fugam profligatis, cæsisque: reliqua multitudo in monteis profugit. Omnibus igitur rebus, Comeatúque Sodoma, & Gomorra spoliatis, discedunt: & quoniam Sodomæ habitabat. Lothum nepotem

Abramo

Abramo ex fratre, cum bonis eius unà abducebant. Unus
autem, qui fuga elapsus erat, quod factum erat renunti-
at Abramo illi extero, in luco Mamrae Amoritae, fratris Es-
col, & Aner habitantes. Erant autem illi Abramo confoe-
derati. Abram igitur cognita fratris captiuitate, seruis ver-
nis trecentis decem, & octo armatis, eos Dan usque prosequitur.
Diuisa autem manu, noctu in eos facto cum seruis impetu,
eos cedit, & fugientes is Hobam usque, quae ad sinistram Da-
masci est persecutus, omnibus rebus recuperatis, Lothū
quoque fratrem, cum facultatibus eius, foeminas quoque,
& reliquum populum reduxit. De caede autem Kedorlao-
mori, & regum sociorum redeunti Abramo, in agrū,
qui uallis regia dicitur, Rex sodomae obuiam procedit.
Melchisedek autem rex salem, panem, & uinum profe-
rebat. Erat is autem Dei altissimi sacerdos. Benedicens
igitur ei, Deo inquit altissimo, qui coelum, terramque
possidet benedictus es Abram. Ipse enim Deus altissimus,
quod manibus tuis hosteis tuos permisit, laude cele-
berrimus est. Huic autem de quibuscunque suis pē-
debat Abram decimas. Rex sodomae, homines mihi re-
stitue inquit Abramo, bona tibi serua. Cui Abram:
sublatis ad dominum Deum altissimum, qui coelum,
terramque possidet, manibus meis, testor: me ex o-
mnibus tuis, ne filum quidem, aut corrigiam esse
accepturum: ne Abramum à te ditatum esse dicas:
illo.

illo uno, quod adolescentes consumpserunt, excepto.
Viri autem Aner, Escol, Mamre, qui me secuti sunt,
facite partem suam quisque ferat.

XV.

His rebus peractis: verbum domini per visũ Abramo
perfertur tale. Abram ne time: ego enim clipeus sum
tuus, & merces tua magna. Domine, domine respõ-
det Abram, quid tandem dabis mihi: sine liberis disce-
do. Iste autem Elieser Damascenus rei familiaris meæ
curator, filium habet. Addebat Abram illud quoque: mi-
hi semen nullum dedisti, quinpotius familiæ meæ fili-
us hereditatem cernet. Ecce autem, dominus Abramo:
Non erit ille hæres niquit: sed de ventre tuo qui exi-
stet, illum hæredem fore, confirmo. Iusso autem exi-
re ipsi: cœlum niquit aspice, & si potes, stellas dinumera?
Ita igitur niquit semen erit tuum. Fidem domino tri-
buit Abram: idque ipsi iustitiæ loco annumeravit. Ego
illi sum Dominus, ait idem, qui ut huius terræ posse-
ssione te augerem. Te de VR Caldeo eduxi Domine,
domine ait Abram, me possessurum esse, unde nitelli-
gam? At ille: Vaccam trimam, capram trimam, arietẽ
trimum, turturem, & columbarum pullum affer mihi:
quæ omnia allata, media secabat, & frusta collocabat
ex adverso. Aveis autem non secabat. Volueres verò,

cum

cum in carnes devolarent, Abram abigebat. Post solis occasum, arctissimus somnus Abramum complectitur: timor autem in eum, & grandes tenebræ irruebant. Scito inquit Abramo, fore ut semen tuum in regione quadam peregrinabitur, quæ ipsius non erit: ibi igi- tur servitute dura, & ærumnis quadringentos an- nos affligetur. Ego autem in populum, cui servire co- gentur, dabo judicium. Postea enim, magnis substantijs egredientur. Tu verò ad patres tuos optata pace omni- grans, senio placidissimo sepelieris. Exactis quatuor seculis illi huc revertuntur: nondum enim peccata Amoritarum omnibus numeris perfecta sunt. Sol igitur cum occidisset, & essent tenebræ, fornax subitò fumabat, & per media frusta, flamma ignea ferebatur. Eodem die fœdus cum Abramo faciebat Dominus: Semini tuo inquiens, hanc terram, ab aqua Ægypti, usque ad magnum flu- vium Euphratem dabo, Kenitas, Kinsitas, Kadmonitas, Hittitas, Pherezitas, Gigantes, Amoritas, Cananitas, Gergesitas, Jebusitas.

XVI.

Sarai uxor Abrami nihil ipsi pariebat. Ancillam au- tem forte Ægyptiacam, Hagar nomine, habebat. Illa igitur ad Abramum: Dominus inquit, occlusit me, ne pariam. Cum ancilla mea quæso concumbe, ut ex ipsa

ipsa fortassis postmaugeri. Dicto Sarai audiens erat
Abram. Sarai igitur uxor Abrami, ancillam suam Ha-
gar illam Ægyptiacam, Abramo marito suo tradit in ma-
trimonium: cum iam decennium in Canaan habita-
uissent. Illa autem eius concubitu prægnans reddeba-
tur: cumque se grauidam esse sciret, præ se dominam
parui ducebat. Iniuste mecum agis, ait Abramo Sarai:
Seruam meam permisi tibi, quæ grauidam se esse ani-
maduerso, præ ipsa parui æstimor Dominum inter te, &
me appello iudicem. Potestati tuæ inquit Abram Sarai,
ancella tua subiecta est, pro ut tibi uidebitur cum illa agas.
Cum igitur eam Sarai corrigendo demittere uellet, illa
aufugit. Angelus autem domini illi apud fontem propter
uiam Sur inuentæ; Hagar inquit ancilla Sarai, unde ue-
nis?, & quo abis? At illa: Sarai hæram meam fugio.
Reuertere inquit angelus domini, ad heram tuam,
téque sub manum eius submitte. Angelus domini addebat
illud etiam. Semen tuum ita exaggerabo, ut præ nifi-
nita multitudine, numeris non possit comprehendi. Item:
Grauida es, & paries filium: quem tu nomina Ismaëlem:
quod dominus ad miserias tuas respexit. Homo ferus
erit, ille se omnibus, & omnes se illi uicissim opponet:
& contra omneis fratres suos habitabit. Nomen autem
domini, qui cum ipsa loquebatur, tu deus uides me,
appellabat: quod diceret. Certissime hic illum uidi, qui
me postea aspexit. Fontem igitur, fontem uiuentis, q

me

me uidit, nominabat. Est autem ille fons inter Cades, & Bared. Hagar Abramo filium pariebat, quem natū ex Hagar, Abram Ismaëlem uocabat. Erat Abram octuagesimo sexto anno, cum Ismaële filio ex Agar augeretur.

XVII.

Nonagesimo autem nono anno uitae Abrami, uisus est illi DOMINVS dicens: Ego deus sum omnipotens: coram me uiue, & bonum te praesta. Et quidem foedus inter me, & te faciam, teque mirandum in modum locupletabo. Hic se in faciem abiecit Abram. Plura autem cū ipso locutus DEVS: Ego sum inquit, et mihi tecum pactum foedus est: triqne pater eris multarum gentium. Non igitur Abram imposterum, sed Abrahan potius nominabere. Te enim patrem multarum gentium constituo, & foecunditate praeclara donabo. Ex te populi, & reges orientur. Pactum autem meum inter te, & me, tuumque semen post te, & eorum etiam posteros, ut perpetuum sit, constituam: ut tuus ego Deus sim, & posteritatis tuae sequiturae. Et ut qua hospes versaris, terram scilicet Canaam, tibi, triqne generi futuro, ut perpetuo eam teneatis, tradam. Ego autem eorum ero DEVS: Tu igitur, addit Deus locutus cum Abrahamo, foedus observa meum, & semen tuum post te, cum posteris. Foedus autem meum tale est, quod à uobis inter me, & uos semen tuum post te uolo obseruari. Quicquid masculum

lum

lam est inter nos, nolo circumcidi. Primam autem carnis nestrae cuticulam circumcidetis: id signum esto foederis inter me, & nos pacti. Omnis puer post octauum, in uniuersa posteritate circumcidatur. Eodem modo uernae domi nati, aut etiam aliunde empti, non nestri seminis. Ita enim mi nestra carne foedus erit sempiternum. Cuius cunque autem pueri prima carnis suae cuticula non recidetur, eius anima, quòd mi foedere meo mi perstetit, de populo suo abripietur. Vxorem mam inquit Abrahamo Deus, non Saraj amplius, sed Saram nomina. Illi enim benedicam, & ex illa filium tibi dabo. Planè enim illi benedicam, & ex ea populi nascentur, quinetiam multarum gentium reges. In faciem igitur abiectus Abrahamus ridebat: quòd secum ipse cogitaret: Mihi anno exacto centesimo filius? & Sara nonagenaria pariet? Vtinam inquit Abrahamo deo, sit uitalis Ismaël coram te. Ita, ait deus, uxor tua Sara tibi filium, & eum nomina Isaac. Cum ipso enim foedus firmabo: & cum eius sequente posteritate. Quinetiam Ismaelis nomine te audiui. Ecce illi quoque benè erit, & foecundum, & locupletem faciam. Duodecim procreabit principes, & populus non contemnendus erit. Qui tibi autem è Sara nascetur, circum idem tempus anni sequentis, cum Isaac foedus meum confirmabo. Hic facto sermonum cum ipso fine, mi altum de Abrahamo Deus ferebatur. Ismaëlis igitur, & uernarum domi nati qui erant, eorum etiam aliunde mercatus quos

erat

erat, omnium denique, nomen quicquid viri usur-
pabat domi eius primam carnis cuticulam, eodem quo
illi Deus mandaverat die, recidebat. Nonagesimum
nonum agebat annum Abraham, cum suae quoque car-
nis cuticulam primam amputaret. Filius autem eius
Ismaël, annum tertium decimum habebat, cum car-
nis eius cuticula praecideretur. Eodem die Abraham,
filius Ismaël, et quicquid masculum domi eius erat,
vernae empti ab exteris, circumcidebantur. Omnes
pariter cum illo circumcidebantur.

XVIII.

Dominus autem in luco Mamrae, cum is ad ianuam taber-
naculi sui consedisset: ianique maximus foret diei aestus, ei se
exhibuit. Sublatis enim oculis cum circumspiceret: tres viri co-
ram ipso astiterant. Quibus visis, obviam de ianua taberna-
culi sui processit, & in terram inclinatus: Domine inquit,
si qua mea est in oculis tuis gratia, ne servum tuum prae-
tertas, roga. Paululum aquae dabitur, pedes lavabuntur, vosque
sub arbore declinate, ut cor vestrum recreetis, panis frustum vo-
bis afferam: postea iter vestrum conficietis: propterea enim ad
servum vestrum accessistis. Illi autem, quod dicis effice aiunt.
Celeriter igitur in tabernaculum ad Saram reversus, festina
inquit, & tria sata farinae albae trititeae misce, & panes
coque subcineracios. Ipse vero ad gregem currens, acceptum
vitulum tenerrimum, & bonum, dedit puero: isque sine

mora

mora illum etiam præparauit. Butirum igitur, & lac, & de
uitulo quantum confecerat apponit: isque sub arbore ipsis
comedentibus, astabat. Sara inquiunt illi uxor tua, ubi est?
In tabernaculo, ait ille. Si uixero, redibo ad te, inquit ille.
Ecce, & tum quidem filio Sara uxor tua aucta fuerit.
Ponè ipsum igitur ianuam tabernaculi Sara id audiebat.
Quòd igitur ambo Abraham, & Sara ætate propè acta
iam, decursáque essẽt, nec Saræ id amplius, quòd in
mulierum more positum est, eueniret: secum ipsa ri-
dere, quòd diceret: sue iam ætate profectam uoluptatibus
dare operam? idque domino meo iam sene? Dominus
igitur Abrahæ? Cur hoc Sara ridet, dicitque? An tu ue-
rum esse putas me iam senio confectam, esse parituram?
Quicquamne à domino fieri non posse? Circa idem hoc
tempus, ad te reuersus, si uixero, Sara filium habebit.
Sara autem, quòd timeret, non risi inquit. Non est
ita, ait ille: tu enim risisti. Viri igitur surgentes, So-
domam uersus iter instituebant, quos ut deduceret,
Abraham comitabatur. Quomodo Abraham celem inquit
dominus, facere quod cogito: siquidem populus erit ille
magnitudine, & potentia præstans: & in ipso benè, o-
mnibus populis terræ, dicetur. Ut enim uias Domini
persequantur, & in iusti, bonique obseruatione uersẽ-
tur, cum liberis suis, totique domui scio esse mandatu-
rum: ut quod ipse recepit, omne Abrahæ à Domino eue-
niat. Dominus igitur: Rumor Sodomæ, & Gomorræ
magnus

magnus dissipatur, & peccatis se grandibus contaminant. Ut igitur sciam, omnia ne quæ rumor ad me affert, designarint, an minus, cognituꝰus descendo. Conversi igitur, Sodomam sequebantur. Abraham autem cotram domino consistens, accessit ad eum dicens: Iustum igitur pariter, cum impio perdes? Fortassis in urbe quinquaginta bonis fuerint? illos tu igitur perderes? neq; loco propter quinquaginta iustos, qui intus sunt, ignoscres? absit hoc longissime à te, ut idem facias, & iustum cum impijs perdas, et eadem sit iusti, & impij ratio: à te hoc abest longissime, qui totius es mundi iudex: tale enim non debes iudicium. Si quinquaginta iustos Sodomæ inuenero, ait dominus, ipsorum causa, locis illis omnibus, ignoscam. Ad hæc inquit Abraham, cum terra sim, & cinis, tamen cum domino colloqui non dubitaui: fortassis quinquaginta, minus quinque, iusti illic reperientur. Totam igitur urbem, propter quinque perderes? Ille autem: Quadraginta quinque reperiis, non eam perdam. Pergens autem cum illo colloqui, quid si quadraginta inquit? propter quadraginta, parcam ipsis. Non irascere domine, ait Abraham, si plura dixero. Triginta fortassis erunt. Ille contrà. Triginta si fuerint, nequa dignos iudicabo. Ecce autem, ait ille: cum domino sermonem instituo. Viginti fortassis inuenientur. Cui ille: Propter viginti, non perdam eos. Vnum saltem adhuc dicenti, ait ille: Domine

mine ne quaeso irascere. Fortassis decem possent ni-
ueniri. At ille: Decem si fuerint, ab interitu erunt
liberi. Finito igitur cum Abrahamo sermone: domi-
nus discessit. Abraham autem ad sua reuertebatur.

XIX.

Vesperi igitur duo illi angeli, Sodomam cum ue-
nissent, Lothum ad portam Sodomae sedentem ni-
uenerunt. Quibus uisis, obuiam illis assurgens, fa-
cie in terram inclinatus: Domine inquit, domum
quaeso serui uestri diuertite, & pernoctate. Lotis
enim pedibus uestris, mane surgentes, iter uestrum
persequemini. Minimè inquiunt illi, nos enim in
platea pernoctabimus. Sed ab ipso coacti, ad ipsum
diuertentes, domum eius ingrediebantur. Coenam
autem faciebat, & infermentatos panes coquebat,
quibus illi uescebantur. Antè uerò quàm cubitum
discederent, ciues Sodomae, pueri pariter, & senes, &
populus uniuersus domum circunquaque cinge euo-
cato Lotho, uiri inquiunt, ad te hac nocte qui diuerte-
runt ubi sunt? Educ eos, ut cognoscamus. Loth ad
eos egreditur foras, & clausa post se ianua: Ne quaeso
tantum mali admittite fratres, inquit; Duas filias ha-
bro, quae uirum nondum cognouerunt, illas uobis educã,
ut quae uidebuntur faciatis illis. Illis saltem uiris, qui
propterea sub umbram tecti mei ingressi sunt, parcite. A-
disdum

desdum inquiunt illi. Tu solus hic peregrinus regnares?
Te igitur plus etiam quàm illos affligemus. Cum impetu
autem urgebant Lothum. Sed cum accurrentes fores effri-
gere conarentur: ad se Lothum viri attrahebant intra
domum, ianuamque claudebant. Qui autem foris erant
viri, parvi, magnique cecitate puniebantur, ut defessi ia-
nuam non invenirent. Si quem in urbe hac, aut ge-
nerum filios, filiasque, aut qui te aliqua cognatione
attingit, habes: ex hoc loco educ eum: illum enim per-
demus. Quòd enim rumor coram domino percrebuit:
ab ipso ad perdendum sumus ablegati. Egressus Loth
cum generis, suas qui filias erant ducturi, loquitur.
Hinc inquiens expedite vos ut abeatis. Hanc enim
civitatem perdet Dominus. Illis autem per iocum
dictum videbatur. Auroræ autem sub exortum, matu-
rare Lothum iubebant angeli. Para te, uxore, dua-
busque filiabus præsentibus comitatus egredere: ne
te quoque huius civitatis peccata abripiant. Cum autē
cunctaretur, apprehensum illum, uxorem, & filias eius
duas manu: quod ipsi Dominus parcere decrevisset, edu-
ctum extra urbem, relinquunt. Educto illo: Animæ
inquit tuæ consule, neque retrospice: neque in hac
regione consiste: In monte salutem quære ne pe-
reas. Quibus Loth: Non ita mi domine inquit. Quin-
potius, gratia mihi in oculis tuis posteaquam contigit,

miseri-

misericordiae tuae adde cumulum, qua tu me, ne more-
rer, complexus es. In monte enim saluus esse nō possū:
casu enim aliquo fortassis afflictus morerer. Ecce, propè abest
oppidum, in quod profugere possim. Exiguum illud oppidum
est. Ibi igitur seruabo me. Cum paruum sit, mihi ut
anima mea uitam retineat, permittatur. Ecce, inquit illi.
etiam in ea parte te respexi, ne illud euertam oppidum,
quod tu nuncupasti. Festina igitur, teque serua ibi. Antè
enim quam ingressus sis, non possum facere quicquam.
Inde nomen oppido Zoar datum est. Exortus autem e-
rat in terram sol, Loth cum Zoar ingrederetur. Domi-
nus igitur sulfure, & igne à domino de coelo in Sodomā,
& Gomorram depluebat, & urbes, totam regionem, ciueis
urbium, & incolas, quicquid denique in agro natū erat,
euertebat. Lothi autem uxor retrospiciens in statuam
salis commutabatur. Summo mane autem ad locum
in quo coram domino, steterat, Abraham contendit. So-
domam autem, & Gomorram uersus, illius loci regio-
nem contemplatur, & fumum de regione, ceu qui
de fornace erumpit, animaduertit. Pergens enim
eius loci urbeis, recordans Abrahae Deus, Lothum de
urbibus perdendis, in quibus Loth habitabat, educe-
bat. Egressus autem Zoari in monte cum filiabus
suis duabus Loth commorabatur. Metu enim ne
Zoari maneret, prohibebatur: in spelunca igitur cū
filiabus suis duabus manebat: Natu autem ex fili-
abus

abus, quæ maior erat, minorem alloquta: Semo inquit pater confectus est noster: nec quis nobiscum concumbat, ut est in more totius mundi positum, quisquam vir est amplius. Age igitur vinum demus patri bibere, ut cum ipso dormientes, à patre nostro semen conseruemus. Illa igitur nocte, vinum patri dabant. Prior igitur ingressa, propter patrem decubuit. Ille autem neque cū decumberet, nec cum surgeret, sentiebat. Mane minorē alloquta maior: Ecce inquit heri cum patre meo concubui. Hac nocte etiam vinum ipsi demus: ut tu quoque ingressa, cum ipso dormias, ut semen de patre nostro conseruemus. Ita igitur illa nocte quoque, vinum patri miscebant. Minor itaque ad ipsum decubuit. Is nerò neque decumbentem, neque surgentem animad-
uertit. Sic à patre suo duæ filiæ Lothi impregna-
bantur. Natu maior filium pariebat, quem Moab no-
minabat. Ab ille Moabite ad hæc usque tempora
orti sunt. Minor quoque pariebat filium, nomine
eum filium Ammi. Ab ille Ammonitæ, ad hæc usq
tempora sunt propagati.

XX

Inde autem ad meridiem versus Abraham profe-
ctus, intra Cades, & Sur habitans, Gerari peregri-
nus erat. Sed cum idem uxorem suam Sara, soro-
rem

rem esse diceret: Abimelech rex Gerari, missis qui accer-
cerent, eam ad se ducendam curauit. Ei autem per
quietem: Ecce inquit cuius dominus mortis reus es,
propter fœminam: quæ cum sit uiri coniuncta, à te
tamen rapta est. Non autem tetigerat eam Abimelech.
Iusturne igitur inquit ille DOMINO populum perdes domi-
ne? Nonne sororem suam eam esse dixit mihi? Illa etiã,
non ne eum fratrem suum esse dixit? Non ne factum
meum ab animo simplici, & manibus innocuis pro-
fectum est? In somnis igitur: Noui inquit Deus te ani-
mo fecisse simplici: propterea etiam ne contra me pecca-
res te custodiui: nec ut tangeres eam permisi. Vxo-
igitur extorem suam restitue, prophæta est enim. Ille
autem fac ut pro te oret: ita enim uiues. Sin autem
non reddideris, scito, te, cum omnibus tuis esse mori-
turum. Summo igitur mane surgens Abimelech, cõ-
uocatis seruis suis omnibus audientibus illa commo-
uebat. Magnus autem illos homines timor inua-
serat. Accersito Abrahamo: Hoc cur tandem inquit
in nos commisisti? & quo tandem delicto meo in te
commerui, ut tantum peccatum supra me, & regnũ
meum induceres? Aliter à te mecum, quam oportu-
it actum est. Quid tandem ait idem Abrahamo, in-
dixti, ut hoc faceres? Fortassis respondet Abraham, ti-
morem dei hic quidem nullum esse, neque uxoris mee
causa interfectorem uiri cogitabam. Et tamen uere
soror est mea. Patris enim mei est filia, nõ autem
matris mee filia, & uxor ea mihi obtigit. Sed eam
man-

mandato Dei emigrare ex aedibus paternis cogerer: il-
lam mihi dicebam ei misericordiam tribue, ut quocunque
venerimus, me fratrem tuum esse dicas. Quibus igitur
& bobus, servis & ancillis donato Abrahamo, Saram uxo-
rem eius Abimelech restituebat. Ecce, inquiens, regio
mea patet tibi, tuque ubi videbitur habita. Decebat
autem idem Sara quoque. Ecce fratri tuo mille dedi
argenteos: ecce hoc gratia velo oculis tuis, coram omni-
bus qui circa te sunt, & passim te gentur. Et haec eius
poena erat. Abrahamum autem Dominum invocabat. Quo
facto, Abimelech, eius denique uxorem, & ancillas, ut
parerent, deus sanabat. Propter Saram enim uxo-
rem Abrahami, omnes familiae Abimelech matres
firmiter Dominus occluserat.

XXI.

Dominus autem Saram revisens uti dixerat, cum
ea quod promiserat perficiebat. Sara igitur praegnans,
Abrahamo iam senio confecto, circa idem tempus, quod
ipsi Deus receperat, filium pariebat. Filio sibi nato
Abraham, et ex Sara nato Isac nomen imponebat.
Octavo autem die, mandato divino uti iussus erat,
circumcidebat. Annum aetatis agebat Abraham centesi-
mum, Isaac filius ei cum nasceretur. Risum mihi
concitavit Deus inquit Sara. Ad cuiuscunque enim
aures pervenies, videbit me. Quis dicebat eadem

Soc.

hoc de Abrahamo diceret: saram lactare, eique in senio filium peperisse? Puer autem crescens ablactabatur. Conuiuium Abraham celebre instituebat, cum Isaac ablactaretur. Animaduerso autem, filium Hagaræ Ægyptiacæ, quem illa Abrahamo pepererat, esse irrisorem: Istam (inquit) sara Abrahamo seruam cum filio eyce. Non enim seruæ istius filius hæreditatem cum filio meo Isaac cernet. Ægrè uerbum illud, molestéq; tulit Abraham, propter filium suum. Non te illud inquit Deus Abrahamo, pueri, & seruæ causa offendat. Quin potius à Sara quod dictum est, ei morem gere. In Isaac enim semen tibi nominabitur. Sed tamen seruæ quoque filium in populum, quòd de semine est tuo, exaggerabo. Benè igitur mane surgens Abraham, impositis in humeros Hagaræ, pane, & lagena aquæ plena, ipsam cum filio emittit. Illa discedens, in solitudine Bersabæ inerrabat. Epota autem lagena, puerum sub arborem conijciebat, & ex aduerso ad teli iactum sedebat, quòd diceret. Mortem pueri aspicere non possum. Ex aduerso autem sedens, eiulabat. Deo autem audiente uoce pueri, de coelo Hagaram angelus dei inclamans: Quid est tibi Hagar? (inquit). Ne metue, uocem enim pueri abiecti Deus audiuit. Surge, & acceptum puerum, ad manum duc. Illum enim populi magnitudine donabo.

oculos

Oculos autem eius ut fontem aspiceret, deus aperiebat. Abiens igitur repleta lagena aqua, puerum potabat. Deus autem praesto puero erat, ut et cresceret habitans in solitudine, & praestans sagittarius esset, solitudinem Pha-ran incolens. Mater autem Aegyptiacam illi uxorem con-ciliabat. Eodem tempore Abimelech, & praefectus militiae Phichol, cum Abrahamo collocutus: Deum inquit tibi adesse video, quicquid agis. Deo igitur testificare, te neque mecum, neque cum filijs meis, aut nepotibus fraudulen-ter esse aduersum. Sed qua erga te usus sum, eandem te mihi, & terra in qua peregrinus es tu, esse mi parti-turum. Abrahamus autem: Sanctè promitto inquit. Abraham de fonte, quem servi Abimelechi, violenter ra-puerant, Abimelech incusabat. Nescio eq hoc inquit Abi-melech, quo autore factum sit, neque tu mihi indica-sti, neque ante hunc diem audiui. Datis igitur Abi-melecho ovibus, bovibusque, foedus mutuum feriebat. Septem autem agnas separatim Abraham constituebat. Septem illae agnae, separatim illuc à te constitutae, quid si-bi volunt? ait Abimelech. Ille autem: De manu mea se-ptem agnas capies: quae à me fontem effectatum esse, testentur. Hinc nomen loci est Bersaba, quòd iusiuran-do mutuò se ibi obstrinxerunt. Ita igitur foedus Bersa-ba fiebat. Abimelech & praefectus militiae Phichol in Philistaeam redierunt. Abraham Bersabee arbores serebat:

&

& de nomine aeterni Dei, ibidem praedicabat. Longo autem tempore in Philistea peregrinus erat.

XXII.

His rebus ita gestis, tentans Abrahamum Deus: Abraham inquit. Adsum domine, ait ille. Filium tuum unicum, quem amas, charumque habes, profectus in regionem Moriam, in monte quem ego tibi indicabo, ad sacrificium holocaustum, mactа. Abraham igitur benè mane surgens, strato asino, ducens secum duos pueros & filium Isaac, fissis ad holocaustum lignis, iter ingressus, ad locum de quo illi Deus dixerat, contendit. Die tertio sublatis oculis, procul conspecto oculo, servis inquit: vos hic cum asinis expectate. Illuc ego abeo cum puero, precati autem ad vos huc redibimus. Ligna ad holocaustum filio suo imponebat Abraham. Ignem autem, & gladium ipse gestans manu, ambo unà ingrediebantur. Mi pater inquit Isaac, allocutus patrem Abrahamum. Ille autem: mi fili (inquit) adsum. Ecce, ait illi filius, ignis praesto est, & ligna: ovis autem ad holocaustum ubi est. Mi fili respondet Abraham. Deus sibi de ove holocausti prospiciet. Ambo igitur progrediebantur. Ad locum autem, quem illi dicebat Deus, cum pervenissent: altare Abraham aedificat, lingna super iniicit, ligatum filium suum Isaac in altari supra lingna deponit. Extensa autem manu, gladium ut filium mactaret aptabat. De coelo

igitur

igitur nilamans angelus domini: Abraham, Abraham
(inquit). Præsto sum, ait ille. Caue manus puero af-
feras (inquit) angelus: neque facias ipsi quicquam.
Iam enim expertus sum, te timere Deum, quod mea
causa unico filio ~~tuo~~ non pepercisti. Sublatis igitur ocu-
lis, ponè se cornibus arietis uepribus implicatum animad-
uertit, acceptum igitur, loco filij sui, eum ad holocaustum
sacrificabat. Locum ille Abraham appellabat: Dominus uidet.
Ex quo illud hodie tritum quod est, oriebatur: In monte
ubi dominus uidet. Iterum autem uocato Abrahamo de
coelo ait, angelus domini: apud me inquit dominus iurauj
fore, ut quoniam tu hoc egisti, neque parcendum esse fi-
lio tuo unico statuisti, semini tuo benedicam: illudque ceu
stellas coeli, & arenas litoris sic locupletabo. Semen tuū
portis hostium suorum potietur: per semen tuum omni-
bus terræ populis benedicetur. Quod uoci meæ optempe-
rasti. Sic igitur ad pueros Abraham reuersus: abeun-
tes Bersabam proficiscebantur, ibidemque habitabant. Ac-
cidit postea, ut Abrahamo renunciaretur, Milcam quoqz
fratri suo Nahor liberos peperisse, scilicet: Vs primo lo-
co natum: Bus fratrem: Kemüel à quo Syriorti
sunt. Chesed, Haso, Pildas, Iedlaph, Betuel, qui quidem
Rebeccam procreabat. Illos octo Milca Nahori Abraha-
mi fratri pariebat. Rehuma etiam concubina eius
pariebat, Thebah scilicet, Gaham, Thabas, Maacha.

XXIIII.

Exacto centesimo vicesimo septimo ætatis suæ anno, Sara Hebron quæ est regionis Canaan metropolis moritur. Abraham igitur ut lugeret eam, & defleret accessit. Postea à funere surgens cum filijs Heth illa loquebatur: Peregrinus apud eos versor, & incola: sepulturam mihi hereditariam apud nos tribuite, ut quæ antequ me decumbit, mortuum meum sepeliam. Domine charissime, respondent Abrahamo filij Heth, audi nos. Princeps Dei inter nos es tu: in sepulchris nostris honestissimis mortuum tuum humа: Quis te prohibeat, quo minus in sepulchrum eius mortuum tuum mittas, nec, nemo esse nobis erit. Surgens Abraham, coram populo regionis, filijs scilicet Heth, inclinabatur. Si vestro concessu, inquiens mortuum ante me quæ est, sepelio, illud quæso audite, & pro me apud Ephronem filium Zohar, ut speluncam illam geminam, ad fines agri eius quæ est mihi permittat intercedite. Pro pecunia, quanta æstimari possit mihi ad sepulturam hereditariam apud vos permittat. Ephron autem civis erat filiorum Heth. Ephron igitur Hetheus, audientibus cæteris Hetheis, & universis, qui per portam urbis egrediebantur, & intrabant, Abrahamo respondet. Audi domine, minimè verò: sed illud audi. Agrum, & quæ propter est speluncam dono tibi, & in spectantibus filijs populi mei, ut sepelias mor-

tuum

tuum tuum, permitto. Inclinatus coram populo regio-
nis, cum Ephrone, audientibus terræ hominibus Abra-
ham loquitur: Si illum concedis mihi, quæso te, ut
quam tibi pro agro numero, à me pecuniam accipi-
as: sic mortuum meum ibi sepeliam. Ephron respō-
det: mi domine, audi quæso: Agrum quadringentis
argenti siclis æstimo: illud autem quantū quæso ni-
ter nos est? tu saltem mortuum tuum sepeli. Ephro-
ni Abraham obtemperat, & pecuniam ab ipso nuncupa-
tam appendit, inspectantibus filijs Heth. Quadringentos
scilicet argenti siclos, quæ pecuniæ ijs temporibus in
contractibus erat usitata. Sic Ephronis ager, in quo
spelunca est gemina, è regione Mamræ, Abrahamo
ut proprius esset concedebatur, cum spelunca quæ in agro
est, & arboribus circumquaque in agro natis. Inspectā-
tibus filijs Heth, & omnibus, qui egredientes, aut in-
trantes, porta eius ciuitatis utebantur. Postea Saram
uxorem suam, in spelunca agri, quam geminam di-
ximus, è regione Mamræ, quæ est Hebron, in regio-
ne Canaan humabat. Sic ager, & spelunca coniuncta
ut sepultura hæreditaria esset Abrahamo, à filijs Heth
confirmabatur.

XXIIII.

Erat

Erat autem grandis natu, ætate maturissima Abraham: & vario genere foelicitatis passim eum dominus cumulaverat. Accessito igitur familiæ suæ, servo suo natu maximo, qui bonis eius præerat omnibus: Femori meo (niqt) manum suppone tuam, & iusiurandum mihi, per Dominū Deum coeli, terræque iura, te filio meo, de filiabus Cananitarum, quibus cum habito, nō esse uxorem daturum. Sed te in patriam meam, & ad cognatos esse abiturum, ibi denique filio meo Isaac uxorem esse daturum. Servus contrà: Quid si me illa in hanc regionem nolit sequi? num filium tuum in eam terram, ex qua tu profectus es reducam? Abraham servo: Cave faxis (niquit) filiū meum illuc non reduces, qui me de domo paterna tulit, de patria mea abduxit: qui mihi condixit, & iuratq condixit, se hanc terram semini meo esse daturum: Dominus ille coeli Deus, suum ante te præmittet angelū, ut illic filio meo des uxorem. Quòd si illa sequi te recusaverit: à iureiurando tu quidem liber es. Filiū saltem meum illuc ne reducito. Supposita igitur femori Abrahami heri sui manu, illa iureiurando confirmabat. Decem camelis igitur de camelis heri sui, & varijs heri sui bonis instructus, in Mesopotamiam ad urbem Nahor ibat. Extra urbem autem camelos, propter fontem, circa vesperam, quo tempore mulieres aquationis causa egredi solebāt

lebant, relinquit dicens: Domine heri mei Abrahami
Deus, tu hodie praesto sis mihi, & misericordiam hero
meo Abrahamo imperti. Ad hunc fontem esse consisto &
huius urbis civium filiae ad aquationem egredientur.
Quod si igitur uni venienti dixero: inclina hydriam,
ut bibam: & illa mihi, bibe tu dixerit, camelis etiam
tuis aquam praebebo: illa tandem sit, quam tu servo
tuo Isaac constituisti: qua quidem ex re, de tua mise-
ricordia, quam hero meo tribuis, cognoscam. Nondū
autem finito sermone, Rebecca Bethuelis filia, qui
filius erat Milcae, uxoris Nahori fratris Abrahami,
humeris gestans hydriam egreditur. Erat autem fa-
cie pulcherrima, & virgo adhuc, neque cū illa vir
quicquam. Illa descendens in fontem, impleta hydria,
revertitur. Huic servus occurrens: Paululum (in-
quit) ex tua hydria, pace tua, aquae bibam. Illa:
Bibi mi domine ait. Continuo igitur demissa in ma-
num hydria, dabat illi bibere. Qui cum bibisset: Ca-
melis etiam (inquit) illa, dum omnes biberint hau-
riam. Effusa igitur hydria in lintriculum,
ad fontem hauriendi causa accurrit: hauriebat autē,
dum omnes cameli bibissent. Tacitus autem, dum
cognosceret, iterne suum Dominus fortunasset, an
minus, ille homo eius causa admirabatur. Came-
li autem cum omnes bibissent: monile ex auro,
pondere.

pondere dimidij sicli: capit et armillas duas in manus, de-
cem siclos auri pondere: Me filia (inquiens) cuius es?
id enim scire aueo. In aedibus patris tui num est nobis
ad diuertendum locus? Ego (inquit) illa Bethuelis, filij
Milcae, quem illa Nahori peperit, filia sum. Praeterea, stra-
minis, & pabulae abundè, & locus amplus est, ad diuer-
tendum. Inclinatus homo, Dominum adorabat, dicens:
Laude dignissimus est dominus Deus heri mei Abraha-
mi: quòd misericordiam, & ueritatem suam hero
meo nõ deesse passus est. Dominus enim me ad heri
mei fraternas aedeis deduxit. Virgo autem curriculo
percurrens, omnia in aedibus maternis renunciabat.
Erat Rebeccae frater Laban: is etiam ad hominem pro-
pè fontem excurrit. Visis autem monilibus, & armillis
in manu sororis, quem illa acceptum à uiro refere-
bat, cognito, ad uirum adit, cui propè fontem apud ca-
melos inuento: Benedicte domini ingredere inquit, cur
foris constitisti. Domum instruxi, & camelis locus ut esset
feci. Inducto igitur in aedeis uiro, frenos camelis de-
mit: ijsque stamen, & pabulum ministrat. Illi autem,
& reliquis cum ipso qui uenerant, & aquam ut pe-
des abluerent, & cibos apponebat. Non antè (in-
quit) ille, cibum, nisi re mea perfecta capiam. Dic
igitur aiunt illi. Abrahami dicit ille seruus sum.
Cumulatè autem, abundéque locupletauit Dominus
herum meum: isque uir magnus est: oues, boües,
argẽtũ

argentum, aurum, famulos, & ancillas, camelos, asinos dedit illi. Quinetiam Sara uxor filio domino meo iam senio confecto peperit: cui omnia sua contulit. me autem iureiurando obstrinxit dominus, dicens: De filiabus Cananitarum, quibus cum habito, uxorem filio meo non ducetis. sed domum patris mei, & ad familiam meam proficiscimini, ibi filio meo uxorem duces. Ego autem: quid si illa sequi me nolit. Dominus (inquit) ille, coram quo uersor, angelum suum adiunget tibi, & iter tuum, ut uxorem filio meo, de cognatis, & domo paterna mea ducas, fortunabit. Solutus autē iureiurando eris: si ad cognatos meos ueneris: illis enim dare recusantibus, tu à iureiurando liber eris. Sic igitur hodie uenio ad fontem: Domine Deus domini mei (inquiens): si iter meum fortunas, quod facio: ecce ad fontem consisto. Quod si igitur aquatum uirgo egrediatur, & ei dixero: ex hydria tua pauxillum ut bibam aquae tribue: illa autem, bibe domine, dixerit, tuis etiam camelis hauriam: illa tandem sit, quā filio domini mei uxorem dominus constituit. Nondum autem mecum finito sermone: ecce in humero gestans hydriam Rebecca egrediebatur, & ad fontem descendens, hausit. Da mihi inquam biberē. Continuo igitur, dempta de humeris hydria: Bibe (inquit) tuis etiam camelis potum affera. Sic & ego

ego bibebam, & illa camelis offerebat. Ego autem: cuius
esset filia interrogo. Illa, se Bethuelis, filij Nahori, quē
illi Milca pepererat, filiam esse ait. Monile igitur ad fon-
tem, armillas ad manum appendo, inclinatus adorās
Dominum, laude extollens Dominum Deum heri mei
Abrahami, qui me recto deduxit itinere, ut filio eius,
heri mei fratris filiam ducam. Quamobrem si ij estis,
qui amicitiam, & fidem praestare hero meo cupitis, dicite:
sin aliter, hoc quoque dicite: ut aut ad dextram, aut si-
nistram conuertar. Laban respondet, & Bethuel: A
domino proficiscitur hoc, neque boni quid, neq; mali,
contra te loqui possumus. Rebecca coràm te est: eam
igitur accipe, & proficiscere, ut de sermone, Domini
filij tui, herilis uxor sit. Haec cum seruus Abrahami
audisset: Domino se in terram inclinauit: proferens
autem argentea, & aurea monilia, & uestes, dabat
Rebeccae. Fratri autem, et matri donabat aromata.
Postea cibum, potumque cum uiris qui cum ipso uene-
rant capit, ibidemque pernoctat. Manè surgens:
Vestra pace (inquit) mihi ad herum meum redire
liceat. Diem unum, aut decem, ait frater, & mater,
tuo permissu uirgo apud nos commouaretur: postea
abibis. Ne tenete me, inquit, ille. Iter enim meū
fortunauit Dominus, ad herum meum sinite me
ut redeam. Puellam, aiunt illi, uocemus, & ex ea

quid

quid ipsi uideatur per contemnunt. Accersitam igitur Rebeccam interrogant, uelitne cum uiro isto profitisci. Ita, ait illa, uolo cum ipso. Sic igitur Rebeccam sororē cum nutrice, & seruo Abrahamj, eiusque comitibus dimittunt. Benè autem Rebeccae precantes: Soror nostra es tu (inquiunt) ad multa millia cresce: tuūq; semen portis hostium suorum potiatur. Cum ancillis suis Rebecca insidens camelis, uirum sequitur. Seruus enim accipiens Rebeccam profitiscebatur. Isaac autem in regione, ad meridiem habitans, circa uesperam precaturus in agro egessus, de fonte uiuētis & uidentis reuertebatur. Intentis autem oculis, camelos aspiciebat aduentantes. Rebecca sublatis oculis aspiciens Isaac, de camelo delabitur. Quis est, ait seruo, uir ille, qui in agro obuiam uenit nobis? Herus ille est meus, ait seruus, Pallio igitur contexit se. Omnem igitur rem, quam ille effecerat, narrabat seruus Isaac. Eam in tabernaculum matris suae Sarae Isaac introduxit, & in uxorem duxit: illaque uxor eius fiebat. Amare autem eam incipiebat. Sic Isaac de matre consolationem hauriebat.

XXV.

Alteram

Alteram Keturam nomine Abraham uxorem ducebat:
ex qua Simron, Iaesan, Madan, Madian, Iesbae, Suah
suscipiebat. Iaesan uerò Seba, & Dedan procreabat.
Liberi Dedan sunt: Assurim, Latusim, Leummim. Madi,
an liberi sunt: Epha, Epher, Hanoch, Abida, Eldaa: hi
omnes filij sunt Keturae. Isaaco bona sua omnia Abra,
ham dat: qui ex concubinis nascebantur, iis mu,
nera largitur, & se uiuo à filio Isaac, ut abiret
curat: ni orientem, & terram orientalem. Centum
septuaginta quinque annis extractis: (totidem enim
annis uitae eius curriculum conficitur) paulatim
defiriens, ad extremum uitae Abraham uocabatur, ni
senecta plenissima, cum omnem senectutis, &
uitae cupiditatem deposuisset. Ad populum igitur su,
um colligebatur. Sepultura ipsum duo filij Isaac, &
Ismaël afficiebant: humantes eum in spelunca gemi,
na agri Ephronis, filij Zohari Hethei: quae ex ad,
uerso est Mamrae in agro, quem à filijs Heth Abra,
ham mercabatur. Ibi Abraham cum uxore Sara
humatus est. Post obitum Abrahami, filium eius
Isaac, Dei bonis multis cumulabat. Propter fon-
tem autem uiuentis, & uidentis habitabat. Genus
Ismaëlis filij Abrahami nati ex Hagara Sarae ser,
ua Aegyptiaca, & filiorum Ismaëlis nomina,
à quibus eorum familiae imposita nomina sunt.

Primo

Primo loco Ismaëli natus, Nebioth, Cedar, Adbeel, Mibsam, Misma, Duma, Massa, Hadar, Tema, Ietur, Naphis, Kedma. Hæc filiorum Ismaëlis igitur sunt nomina secundum pagos eorum, & urbes, duodecim principes præfecti suis populis. Centum triginta septem annis vitam cum egisset, defiens moritur, & ad populum suum colligitur. Hevilam autem usque habitabant, contra Ægyptum, si iter in Assyriam facias. Coram omnibus autem fratribus suis occubuit. Isaaci filij Abrahami progenies hæc est: Abraham Isaac procreat: Isaac quadragenarius Rebeccam in matrimonium ducit Bethuelis filiam, illius Syri ex Mesopotamia, Labani Syri sororem. Isaac autem pro uxore sua, quod sterilis esset deprecabatur. Dominus rogatus benignum se præbet: quo facto Rebecca uxor eius gravida reddebatur. Libri autem in utero sese mutuò impellebant. Si hæc mihi patienda fuerint, inquit illa, cur gravida fo. Eta sum? Dominum autem cum consuluisset: Gemini populi respondet Dominus, in utero sunt tuo: & ex utero tuo duplex hominum genus dividetur: alter autem populus præstabit alteri: maior serviet minori. Cum autem tempus pariendi instaret, erant in eius utero gemini. Qui primus prodibat, rubicundus erat, & toto corpore hirsutus

velut

veluti pellis: nomen ei dederunt Esau. Continuo prodit frater eius: manu calcaneum Esau tenens. Hunc nominabant Iacob: quibus natis, sexagesimum vitae annum agebat Isaac. Pueri autem aetate progressi, Esau venationis, & agriculturae studio delectabatur: Iacob autem vir bonus, in tabernaculo vivebat. Isaac charum habebat Esau, & quae venando ceperat, eorum esu delectabatur. Rebecca autem Iacob amore prosequebatur. Iacob pulmentum coxerat. Esau autem reversus ex agro defessus: Pulmentū illud rubrum quaeso te (inquit) Iacobo gustem: ego enim defessus sum. Inde nomen illi datum est Edom. Promogenituram tuam respondit Iacob, hodie vende mihi. Mori me necesse est (inquit) Esau, quam igitur utilitatem habet primo loco esse natum? Iura igitur mihi idem illud, ait Iacob. Ille igitur iuratus, promogeniturā Iacobo vendebat. Panem illi Iacob obtulit, & quod de lentibus coxerat pulmentum. Qui comedens, & bibens, discedebat. Ita igitur primogenituram suam Esau contēnebat.

XXVI.

In annonae autem caritate, quae altera post eam quae Abrahami temporibus fuerat, in ea regione accidebat, ad regem Philisteum Abimelech, Isaac Geraram proficiscebatur: In Aegyptum ne abi (inquit) apparens ei dominus: sed in regione quam dico tibi commorare. In hac

regione

regione eis peregrinus: ego autem adero tibi, tēque be-
nis ornabo. Tibi enim, tuisque posteris regiones has cas omneis:
Iusiurandum enim quod patri tuo prestiti, Abrahamo, cō-
firmabo. Semen tuum ad stellarum numerum, ereit à me
multiplicatum: eidemque has cas regiones uniuersas.
Per semen tuum bene omnibus terre populis dicetur.
Quòd dicto meo fuit Abraham audiens, & iura, man-
data, consuetudines, leges meas obseruauit. Sic igitur
Gerare habitabat Isaac. Percunctantibus autem de
uxore eius, terre eius hominibus, sororem suā esse
predicabat: timorem enim esse uerebatur confiteri: quod
enim facie admodum formosa esset, ne Rebecce causa
interficeretur timebat. Ibi autem aliquantiu cum
fuisset, de fenestra Abimelech rex Philistem pros-
piciens, Isaac cum Rebecca ludentem animaduertit.
Quo accersito: Uxor (inquit) illa est tua: cur tu
igitur sororem tuam esse dixisti? Uerebar ait Isaac,
ne eius causa forte mihi moriendum fortassis. Hoc
igitur (inquit) Abimelech nobis cur feristi? Quid
fuit facilius, quam ut quispiam horum hominum pro-
pius se uxori tue coniungeret? quo facto certè cul-
pam in nos derivasses. Mandato igitur publico sanxit,
ut, quicunque manus uiolenter uiro isti, aut uxo-
ri eius attulisset, capite plecteretur. Faciebat seminā-
ti in regione illa Isaac, eodemque anno, centuplum
ager retulit. Dominus enim locupletabat ipsum a-
bunde. Indies autem crescebat, & augebatur: tan-
tum

tum enim potentia processit, ut bonis undique, armē-
tis, gregibus, magnitudine familiæ abundaret. Hinc ni-
nidia Philisteorum orta: qua inflammati puteos omneis
quos temporibus Abrahami patris eius, serui patris fode-
rant obstruebant, & terra cooperiebant. Quinetiā
ipse Abimelech. Discede à nobis (inquit) tu enim po-
tentia nobis superiores. Quamobrem abiens illinc Isa-
ac, castra sua in valle Gerar ponebat, ibidem ut habi-
taret. Fonteis quos temporibus patris sui Abrahami
foderant, quos eosdem Philistei obstruxerant, de integro
aperiebant: & quæ ipsis nomina pater dederat, ijsdē
eos appellabat. Præterea fodientes serui Isaac in valli,
fontem aquæ perennis reperiunt. Gerarenses autem
pastores, aquam suam esse rixantes cum pastoribus
Isaac contendebant. Esecum igitur fontem illum, quod
per iniuriam cum ipso egissent nominabat. Alio autē
aperto fonte, eodem modo litigabant. Fontem propte-
rea appellabat Sitna. Discedens illinc, alium fontē
aperi~~unt~~: de quo nullæ cum ortæ lites essent, nomē
illi imponebat Rehebot: Iam locum nobis (inquiēs)
concessit Dominus, fecitque ut in regione cresceremus.
Inde Bersabam profecto, dominus noctu illa apparuit:
Patris tui (inquiens) Deus sum. Sine metu sis.
Ego enim præsto sum tibi, & te aucto, semen tuum
faxo, ut propter Abrahamum seruum meum sit
multiplicatum. Ibi igitur ara extructa: de nomi-
ne domini prædicabat. Posito tabernaculo id loci,

fontem

fontem servi eius fodiebant Abimelech, & cognatus eius Ahusath: præfectus etiam militiæ Phicol ad Isaac Gerarò egrediebantur. Ad me cur venitis? ait Isaac. Me enim odio persequimini, & à vobis expulistis. Illi contrà: Solis luce clarius est, & apertissimè videmus: dominum esse tecum. Propterea igitur, iusiurandum inter nos esse mutuum, & foedus commune tecum facere decrevimus: ne nos iniuria ulla affligas: sicuti te nemo nostrum attigit: sed potius rebus omnibus iuvimus, & bona nostra pace abire permisimus. Tu autem nunc quidem es à domino benedictus. Instructo igitur ijs convivio, cibum, potūq; capiebant. Prima luce surgentes iureiurando mutuo præstito, ab Isaac demissi, bona cum pace ab ipso discedebant. Eodem die de fonte, quem foderant, & de aqua inventa Isaac servi renunciant. Fontem ille Saba nominat: ex quo nomen urbi, ad hæc usque tempora Bersaba datum est. Anno vitæ suæ quadragesimo, Esau uxorem ducebat, Iuditam, filiam Beri Hethei, & Basmath filiam Eloni Hethei. Quæ quidem & Isaac, & Rebeccā miserè affligebant.

XXVII.

Confectus ætate Isaac, cum eius oculos caligo.

(contexissent

contexisset: filio suo Esau, nato maiori accersito: Mi
fili (inquit) Ille, adsum ait. Ecce (inquit) ille: sum-
ma senectute sum: & incertus est mortis meae dies.
Instrumentis igitur tuis expeditus, pharetram cape, &
arcum, & egressus capta fera, de ea cibum mihi, quo
me delectari scis, coquas, & ut uescar, afferas mihi.
Tibi ut anima mea, antequam uocer ad exitum uitae
bene precetur. Hos sermones, quos cum Esau Isaac
contulerat, Rebecca accipiebat. Esau in agrum ut ca-
ptam feram referret domum egreditur. Rebecca Iaco-
bum allocuta: Mi fili (inquit) patrem tuum cum Esau
colloquentem audiui talia: feram affer, & cibum, ut
uescar coque: tibique coram domino ante extremum
uitae diem benedicam. Dicto igitur mi fili nunc sis au-
diens, & praecepto obtempera. Ad gregem abi, inde haedos
mihi bonos affer: cibum quo ipsum scio delectari coquã,
quem tu ad patrem ferens, benedictionis eris ante
mortem eius particeps. Sed pilosus est (inquit) matri
Rebeccae, Iacob, frater meus Esau, ego autem glaber.
Quòd si igitur contigerit me pater, impostorem me
existimabit: ita pro benedictione maledictũ referrẽ.
Illud (inquit) mater, ego praestabo: tu saltem mihi
obtemperans, abi, & affer mihi. Abiens igitur, alla-
tos matri suae afferebat. Cibum illa, quo patrem no-
uerat delectari coquebat. Vestibus autem preciosissi-
mis Esau, quos domi habebat, Iacobum induebat, fi-
lium natu minimum. Vellera autem haedina mani-
bus eius, & quae colli pars glabra esset, circundabat:
cibum

cibum cum pane, uti coxerat, Iacobo in manus tradit.
Qui ingressus ad patrem ait, mi pater. Adsum (inquit)
ille: mi fili tu quis es? Esau ego sum, respondet Iacob,
filius tuus primo loco natus: à te mihi imperatum
curaui. Surgens igitur accumbe, & de carnibus me-
is ferinis comede, ut tua mihi anima benè precetur.
Tam citò quaeso ait Isaac, mi fili, unde nactus es? Domi-
nus Deus tuus, ait ille, obtulit mihi. Accede mi fili
(inquit) ~~tu~~ Isaac Iacobo, ut attingam te, & sisne
filius meus Esau, an minus intelligam. Ad patrē
igitur accedit Iacob. Contacto autem ipso: uox quidem
certè Iacobi est, manus autem (inquit) Isaac, Esaui
sunt. Quòd enim manus pilosae essent, sicut Esaui,
eum non internoscebat, eique benè precabatur. Tunc
interrogat, filius meus es Esau? Sum, inquit, ille.
Affer igitur mihi mi fili, ut comedens de carnibus fe-
rinis tuis, tibi benè dicat anima mea. Allatis
uescebatur: uinum idem afferebat, & ille bibit. Oscu-
lare me (inquit) ille, mi fili. Accedens dat oscu-
lum. Odoribus autem qui afflantur è uestibus per-
ceptis, benedicens illi, ait: Ecce, odor filij mei, odo-
ribus campi à domino benedicti similis est. À rore
coelesti, à pinguedine terrae, uinum denique, &
frumentum abundè Deus omnia largiatur. Tibi
seruiant populi, & ad pedes tuos abijciantur homi-
nes. Fratrum tuorum esto dominus: quinetiam
matris

matris tuæ filij, ad pedes se tuos projiciant. Qui tibi
malè precabitur, pereat: felix sit, qui bene tibi volet.
Perfecta benedictione Iacob: exijt dum egressu à patre
Iacobo: de venatione Esau reuertitur, coquinaque ci-
bum ad patrem suum intrò ferebat, dicens: Surge mi
pater, & carne ferina filij tui reficere, ut mihi
anima tua benedicat. Quis es tu? ait Isaac pater eig.
Ego (inquit) ille, tuus primo loco natus ille, Esau
filius tuus. Valde igitur commotus Isaac. Quis? ait:
Vbi igitur ille venator est, qui mihi obtulit: ego enim
de omnibus comedi, antequam tu redires, eique bene-
dixi. Et certè erit ille benedictus. Quibus auditis,
clamorem emissa voce edit Esau, & mirechibili affe-
ctus tristitia: Mi pater, mihi quoque benepreca re,
inquit. Astu frater tuus venit, ait ille, & benedi-
ctionem tuam ipse tulit. Rectè igitur (inquit) ille, Ia-
cob nominatur: bis enim supplantauit me: Primoge-
nituram meam adeptus, nunc etiam benedictione
mea potitur. Nullam igitur benedictionis partem mihi
seruasti? Dominum respondet Isaac, illum præferi tibi:
fratres eius omnes seruos ipsi constitui: frumento &
vino prospexi ipsi. Tibi igitur mi fili quid faciam?
Vnicam saltem (inquit) Esau ad patrem benedi-
ctionem possides? mi pater. mihi quoque benedicito,
mi pater. Emissa autem voce, ploratum edebat. Et
tu quoque respondet pater Isaac, pinguissimè in terra
habitabis, de rore cœli desuper. Victum tibi parabis
gladio

gladio tuo: & fratri seruies. Erit autem tempus, cum tu quoque dominus, à cervice tua iugum eius deijcies. Odio igitur fraterno Iacob benedictionis causa, quae à patre illi obtigerat premitur: Esau enim secum ipse: Erit brevi tempus, cum pater meus lugebit. fratri-n. meo Iacobo mortem offeram. Quae verba filij natu maximo cum Rebeccae renunciata essent, accersito filio minori: Ecce (inquit) frater tuus Esau minatur tibi mortem. Me igitur mi fili audi. Ad fratrē meum Labanem Haran profuge, & tantisper apud eum mane, dum ille fratris tui furor effervescat: & ira erga consopiatur, isque quod ipsi accidit obliviscatur. Postea enim missis certis hominibus te illinc revocabo. Cur eodem die ambos amitterem? Rebecca autem Isaac dicat: Taedet me vitae meae, propter filias Heth. Si Iacob quoque filiam aliquam Heth, similem filiabus huius terrae duxerit, vivere me quid attinet.

XXVIII.

Accersito igitur filio suo Isaac, benè Isaac precatus, mandabat ipsi dicens: Cave uxorem desi-
deres Cananitis duxeris. Sed age mi Mesopotamiam ad Bethuelem dominum matris tuae pater-
nam profectus, & filiabus Labani, fratris matris tuae uxorem duito. Deus autem ille omnipotēs
benedicat

benedicat tibi, ut fecunditate donatum, ita augeat, ut
ex te multi populi prodeant. Benedictionem tibi, & semi-
ni tuo sequituro, Abrahami impertiat. Vt in qua ho-
spes versaris, quam eandem Deus Abrahamo dedit, re-
gionem possideas. Ita igitur expedivit Isaac Iacobum,
ut in Mesopotamiam iret, ad Labanum, filium Bethuë,
his in Syria: quem enndem Rebeccæ matris Iacobi, &
Esaui dicimus esse fratrem. Cognito igitur, Iacobū
auctum benedictione paterna, in Mesopotamiam ab
Isaac esse ablegatum, ut illic uxorem duceret, quod
idem bene ipsi precatus mandasset, ne ex filijs Canaā
uxorem sibi consociaret. Iacobum denique patris, pa-
trisque dicto audientem, in Mesopotamiam abire, illo
autem animadverso, quod pater Isaac, filias Canaā
molestè ferret: ad eas uxores, quas iam ante habebat
profectus ad Ismaëlem, Mahalatham filiam Ismaëlis,
filij Abrahami, sororem Nebaioth, matrimonio sibi con-
iungebat. Iacob igitur Bersaba profectus discedens, Haran
iter faciebat. Ad locum autem quendam cum ve-
nisset, quòd sol occidisset, ibi pernoctabat. Illius loci ac-
ceptum lapidem: capiti supponebat, & in eodem lo co dor-
mitum decumbebat. Videbat autem per quietem, sta-
lam in terra stantem, summo fastigio coelum contin-
gere, & angelos Dei in ea, partim ascendere, partim
descendere. Dominum autem in eius summo consistēs.
Ego ille Abrahami (inquit) patris tui Deus sum: Deq
Isaac: terram in qua tu decumbis tibi, tuoq; semini

dabo

labo. Posterij tuj pulverem terræ multitudine æquabũt.
Tu autem ni occidentem, ortum, septentrionem, & meri-
diem dilatabere. Per te, tuúmque semen, omnibus ter-
ræ familijs benedicetur. Ecce, ego tibi adero: tégue custo-
diam quocunque ieris: & ni hanc regionem reduxero.
Non enim, nisi omnibus quæ tibi recepi perfectis, te de-
seram. Somno solutus Iacob: Verè (inquit) ni hoc
loco est Dominus, quantumuis me nesciente. Timore
autem perculsus: Quanta (inquit) huius loci est
sanctitas. Domus hic Dei est, nihilque aliud: hic porta
cœli est. Prima igitur luce surgens Iacob: lapidem
quem capiti supposuerat, ad monumentum erige-
bat: oleum suprágue effundebat. Locum autem, q
antea Lúz vocaretur Bethel nominabat: Votum
nuncupans (inquit) Iacob: Si mecum deus fu-
erit, & quod facio ni itinere protexit me, &
quo uescar panem, uestis quibus nitear suppedi-
taverit, & bona cum pace domum ad patrem me
reduxerit, erit Dominus meus Deus. Hic autem
quem ad monumentum lapidem erexi, templum Dei
fiet. De omnibus quæ tu mihi dederis, tibi pendã
decimas.

XXIX.

Pecibus igitur ni regionem, quæ orientem
spectabat

spectabat, iter faciebat Iacob. Oculis autem perlustrãs
in agro fontem, ad quem tres ouium greges decubue-
rant, animaduertit. Ex eo enim fonte petebatur a-
quatio. Erat autem fontis foribus lapis aduolutus. Con-
gregatis enim gregibus omnibus, lapide reuoluto, oues
potabant: quo facto lapidem ad fores in locum suum ad-
mouebant. Hos igitur Iacob allocutus: Fratres (inqt)
cuiates estis uos? Harani aiunt illi. Notusne uobis
est Laban filius Nahori? Nouimus eum, inquiunt illi.
Benè habet igitur. Ita, aiunt illi. Ecce filia eius ~~Rahel~~
Rahel cum ouibus adest. Quibus ille: multum diei
restat, nec domum greges compellendae sunt. Ad bi-
bendum appellite oueis, & pascite amplius. Nisi con-
gregatis omnibus gregibus non licet: donec commu-
niter remoto lapide, oues potemus. Ipso adhuc ser-
mocinante cum ipsis, Rahel cum ouibus patris sui
aderat: illa enim oueis pascebat. Visa igitur Rahela,
filiam Labani fratris matris suae, uisis denique La-
bani fratris materni ouibus, lapide remoto de fon-
te: oueis Labani fratris matris suae potabat. Oscula-
tur autem Rahelam emissa uoce lachrymans: eique
se fratrem patris ~~sui~~ eius filium Rebeccae esse signi-
ficat. Illa igitur currens, patri suo renunciat. La-
ban audito de filio sororis Iacobo, obuiam ei occurrit:
complexus autem, eum osculabatur, & domum suã
deducebat. Omni re autem Labano indicata: Bo-
no animo es (inquit) Laban: ossa & caro mea es
tu.

tu. Mensem autem cum esset apud ipsum commora-
tus: Laban Jacobum allocatus. Etsi (inquit) frater es
meus: frustra tamen serviendum tibi non erit. Tu igi-
tur dic, qua mercede serviens. Erant autem Labano
geminae filiae: maior natu, Lea: minor Rahel erat.
Lea oculorum lippitudine laborabat: Rahel autem pul-
chritudine singulari erat, et venustate praedita. Amo-
re igitur Rahelae captus Jacob: septennium tibi pro filia
tua Rahela, natu minore serviam. Laban respondet:
Tibi me eam, quam alij dare rectius est: mane apud
me. Sic septennium pro Rahela serviebat Jacob. Sin-
gulos autem dies id tempus putabat prae amore: Uxo-
rem meam (inquit) Jacob Labano da mihi. Nupti-
arum enim tempus adest. Invitatis igitur omnibus eius
loci hominibus, concivium nuptiale instruebat. Vespe-
ri autem Leam filiam suam ad ipsum introducebat,
cum qua etiam concumbebat. Laban filiae suae Leae,
ancillam suam Silpam, ut ei ancillaretur, dabat. Ma-
ne autem cognita Lea: Cur (inquit) Labano,
mihi id facis? Nomine pro Rahela servivi tibi? cur
tu me igitur decipis? Non est in more regionis no-
strae positum, ait Laban, ut minor nuptijs maiorem
antevertat. Septimanam cum hac absolve: postea etiam
illam dabo tibi: ut mihi aliud septennium servias. Ja-
cob uti dictum erat, septimanam perficiebat. Rahe-
lam igitur ei quoque dat in matrimonium. Rahelae

filiae

filiæ suæ Bilham seruam suam dat ancillam. Ita igi-
tur cum Rahela concumbebat. Erat autem amore in
Rahelam quam Leam feruentiore. Seruiebat autem
illi septennium deniceps. Dominus autem Leam mi-
nus gratam esse uidens, foecundam illam, Rahelam
autem sterilem reddebat. Lea igitur grauida, filium
parit, cui Ruben nomen dabat: inquiens: Miseriam
meam respexit dominus. Nunc certè maritus meus
amabit me. Iterum autem grauida, filium parit, di-
cens: Dominus me non acceptam esse cognouit: ideó-
que hoc etiam auxit me. Simeon igitur nominat.
Iterum grauida filium parit: inquiens, Nunc certè
se maritus meus coniunget mihi. Tris enim ipsi
filios peperi: unde illi nomen dat Leui. Quartò gra-
uida, filium parit, dicens: Nunc agam domino gratias:
propterea ipsum Iuda nominabat. Parere autem desi-
nebat.

XXX.

Rahela cum uideret nihil se Iacobo parere: inuidēs
sororj: mihi quoque liberos præsta, inquit, Iacobo: aliter
enim morior. Iacob nō leuiter offensus, iratus Rahelæ:
Deus quidem certè non sum, inquit: qui tibi uentris
tui fructus negat. Ancilla hæc Bilha mea est (inquit)
Rahela, cum illa contrahe, ut in gremio meo pariat:
& ego per ipsam ædificer. Itaque ei Bilham ancillam
suam dat in matrimonium. Cum qua Iacob cum cō-
cubuisset

cubuisset, illa prægnans: Iacobo parit filium. Causam meam, ait Rahela, disceptauit dominus, & voce exaudita mea, mihi dedit filium, propterea Dan eum appellat. Bilha serua Rahelæ, iterum grauida: alterũ Iacobo parit filium. Deus (inquit) Rahela: cum sorore mea, & mecum permutauit: ego illi anteibo: unde illi nomen Naphtoli. Lea cum se à pariendo destitisse cerneret: seruam suam Silpam Iacobo uxorem dat. Ita igitur Silpa, ancilla Leæ, Iacobo parit filium. Maturè autem cum Lea dixisset, inde nomen ei impositum est, Gad. Postea eadem Leæ serua, Silpa alterum Iacobo parit filium. Bene mihi, ait Lea: sue enim beatã filiæ prædicabunt. Ideoque nomen ei datum Asser. Ruben tempore tristitiæ messis, egressus Dudaim in agro offendit: eáque matri suæ Leæ domum reportat. Partem (inquit) Rahela Leæ, de Dudaim filij tui mihi permitte. Illa contrà: Non satis uidetur tibi, quod maritum meum mihi surripuisti, ut filij etiam mei Dudaim auferas? Age igitur, ait Rahela, tecum hac nocte pro Dudaim filij tui dormiat. Iacobo igitur uesperi, ex agro redeunti, Lea obuiam prodit: Mecum dormies (inquiens) Te enim pro dudaim filij mei sum mercata. Cum ipsa igitur cõcumbente Iacobo, Leam audiebat Deus, ut grauida, quinto filio Iacobum augeret, dicens: Quòd ancillã meam meo marito adiunxi, eius rei mercedẽ capio à Deo: itaque ille Isaschar. Iterum Lea grauida,

sextum

sextum parit Iacobo filium, dicens: Benè mihi prospexit
Deus: iterum enim mihi maritus erit meus coniuncti-
or, quòd sex ipsi filios pepererim: sic igitur ille Sebulon.
Postea parit filiam: quam illa nominabat Dinam. Sed Ra-
helæ etiam recordans dominus: eam exauditam, fœcundā
reddebat. Illa igitur grauida parit filium dicens: Contu-
melia mea liberauit Deus: unde illi nomen Ioseph:
quòd diceret: Unum præterea det mihi filium Dominus.
Iosephum igitur cum Rahela peperisset: Tua pace (in-
quit) Labano Iacob, abire mihi, & ad locum, patriamq;
meam redire liceat. Uxores, & liberos meos: quorū
causa seruiui tibi mihi permitte, ut discedam. Quo-
modo enim seruierim tibi, nouisti. Sit aliqua mea,
respondet Laban, in oculis tuis gratia. Me tuam cau-
sam à domino sentio locupletari. Mercedem quam tibi
à me dari uis nuncupa: quomodo ego seruierim tibi,
tu nosti: & quibus tu me gregibus præfeceris. Ante
meum aduentum paucula possidebas: nunc autem
tripliciter aucta sunt: & per pedem meum, te auxit
donis suis Dominus. Quando enim meam quoque
domum curabo. Quid tibi igitur dari uis? inquit
ille. Nihil à te omnino postulo, ait Iacob: sed illud unū,
quod dico, si impetro, oues tuas pascam deniceps. Per
greges tuas omneis hodie transibo: & quicquid macu-
losum fuerit in ouibus, & agnos nigros, capras deniq;
sparsas maculis separa. Quicquid igitur ma-
culosum, aut lana uaria nascetur, merces sit mea.

Iustini

Iustitia igitur mea, quocunque tempore, aut die, de
mea mercede à te capienda satis testabitur, hoc modo:
Quicquid nullis notatum erit maculis, neq; nigrum
inter agnos, & capras, si inuentum apud me, furtiuo
co dicetur. Concedo (inquit) Laban, sit ita, sicut
à te dictum est. Sic igitur eodem die, uarios, & macu-
losos hircos, omnes uario uellere capras: quicunque
aliquid albi habebant. et de agnis, quicunq; nigri esset:
& illis omnibus traditis filijs suis, triduis spatio, inter
ipsos, & Iacobum separabat. Quod reliquum gre-
gis Labanj ipse erat: pascebat Iacob. Iacob autem uir-
gas populeas uirides, columnas, castaneas, sic nudebat:
ut albarum in uirgis nudum appareret. Has igitur
uirgas in canales, in canales deponebat: ut cum ad aqua-
tionem greges uenissent, cum biberent, concipierent.
Sic igitur ad uirgas cum greges concepissent, macu-
losas, uarias, distinctas puncticis proferebant. Agnos
separabat Iacob, & greges separatas ad maculosas, &
nigras in grege Labanj cogebat. Sibi autem propriũ
gregem constituebat, neq; illum cum grege Labanj
coniungebat. In primo igitur gregis coitu: ante
oculos gregis in canalibus uirgas deponebat, ut ad
uirgas conciperent. In serotina autem oniem
coniunctione non deponebat. Ita serotinae Laba-
nj: primitiuae autem Iacobi erant. Inde ditatus
mirandum in modum homo cumulabatur: ut mul-
titudine

titudine ouium, ancillarum, seruorum, camelorum, & asinorum abundaret.

XXXI.

Cognitis autem filiorum Labani sermonibus, qui dicti-
tabant: Iacob ad se bona patris nostri deriuauit: & ex
bonis patris nostri, tantas sibi diuitias comparauit: vul-
tum Labani Iacob obseruabat. Ille autem à consue-
tudine superiorum dierum non leuiter erat immuta-
tus. In regionem maiorum tuorum reuertere,
& ad cognatos tuos: ego praesto ero tibi. Accersitis igitur
in agrum ad gregem suum Rahelae, & Leae: Patris
uestri vultum (inquit) diuersum à superiori tempo-
re aspicio. Patris autem mei Deus praesto fuit mihi.
Vos autem, quod toto pectore seruierim patri uestro te-
stes mihi estis. Ille autem fraudulenter agens, iam deci-
es mercedem mihi mutauit. Illi autem, ut noceret
mihi, non permisit Deus. Si ut maculosas mercedis
loco tollerem ei uidebatur: grex uniuersus ferebat
maculosas. Vario uellere quae sunt, si mihi mercedē
daret: grex totus uario ferebat uellere distinctas. Sic
igitur ablata patri uestro, bona mihi concessit Deus.
Genituræ enim tempore, sublatis in quiete oculis, arietes
in maculosum, uarium, & interpunctum gregem salire
cernebam. Angelus domini, per quietem allocutus me,
Iacob inquit: Cui cum respondissem, adsum: Oculos ex tol-
le tuos (inquit) ille: & arietes in maculosum, ua-
rium, & interpunctum gregem salientes uide.

Ego

Ego enim factorum Labani inspector sum. Ego Deus ille
cum Bethel: in quo loco tu lapide inuncto oleo, votum
mihi suscepisti. Age igitur, ex hac regione, in terrā
cognatorum tuorum redi. Rahela, & Lea respōdent:
Nulla nobis in patris nostri aedibus, neque pars est: neq;
hereditas reliqua. Tanquam peregrinas enim adhibuit
nos. Nos vendidit: & mercedem nostram absumpsit.
Proptereа igitur diversas à patre nostro, ad nos, & libe-
ros nostros divitias deus transtulit. Mandatum igi-
tur his à deo quod est, id effice. Iacob igitur, impo-
nis liberis suis, & uxoribus in camelos, armenta, &
quaecunq; in Mesopotamia adeptus erat bona abdu-
cit: ut ad Isaac patrem suum in Canaan reverte-
retur. Ad tonsuram autem gregis Laban egresso:
Rahela idola patris clam furto auferebat. Sic
igitur Iacob cor Labani Syri furabatur; quod se fu-
gere non denunciaret. Ille autem cum suis omni-
bus fugiens, flumine transmisso, montis Gilead
petebat. Tribus post, de fuga Iacobi, Labanem re-
nuntiatur: comitatus igitur fratribus suis, septē
dierum itinere eum persequutus, in montibus Gi-
lead consequebatur. Sed Deus nocte perquie-
tem ad Labanem Syrum veniens: Cave (in-
quit) ne nisi amicissimè aliter quicquam Iacob
dixeris. Laban autem ad Iacobum appropinqua-
vit: qui eam tabernaculum suum in monte consti-
tuerat. Laban etiam, eiusdemque fratres in

monte

monte Gilead tabernacula sua collocabant. Quid egistis? (ni-
quit) Laban Iacobo: cur mihi cor furatus es? filias meas
ceu gladio captas abduxisti? cur clam fugis? teque ceu
furto subducis nihil mihi significans? ut te cum laetitia,
cantu, timpanis, & citharis prosequerer? cur osculum mi-
hi filiarum negesti? Stulte profecto factum est à te. Mihi
autem Dei benignitate vires non deessent: ut male vos
afficerem. Vestri autem patris Deus heri monuit me,
ne tecum aliter quam amicissime loquerer. Quod si
verò omnino proficisci decreveras, & tanto domus pa-
terno desiderio, movebare, cur mihi Deos meos furatus es?
Iacob respondet: verebar ne tu filias tuas mihi eripeves.
Apud quemcunque autem Deos tuos inveneris, is coram
fratribus nostris moriatur. Tua quere apud me, & au-
fer. De furto autem Rahelae, nihil Iacobo constabat. La-
ban igitur in tabernaculum Iacobi, Leae, & duarum
ancillarum ingressus, nihil invenit. Ex tabernaculo au-
tem Leae, in Rahelae ingressus, illa & Idola substramentis
Camelorum suppositis, suprà sedebat. Laban contingens
tabernaculum totum nihil invenit. Illa autem patrem
allocuta: Mi domine (inquit) ne irascere: non enim,
ratione & muliebri impedita coram te possum assurgere.
Quantumvis igitur quaerens, idola sua in invenebat.
Iratus Iacob: Labanum obiurgat, inquiens: Quid
tandem peccavi ego, quid commisi, ut in me sic excan-
desceres? Suppellectilem meam omnem perscrutatus, quid

suppellectilis

supellectilis tuæ reperisti? Coram meis, tuisque fratribus,
ut dent iudicium depone. Viginti annos apud te sum: oves
tuæ, & capræ non fuerunt steriles: neque gregis tui arie-
tes comedi. A feris laniatum quod erat, id non refe-
rebam tibi, mihi eum erat solvendum: sive interdiu,
sive noctu furto perierat, de manu mea reposcebas.
Caloribus diurnis, frigore nocturno conflabescebam: somnus
oculis meis non videbant. Sic viginti annos domi tuæ
servivi: quatuordecim pro filiabus tuis, sex pro gregibus
tuis: mercedem meam mihi decies mutasti. Nisi Deus
patris mei, Deus Abrahami, & timor Isaac mihi præsto
fuisset: nia nem me abinde passus esses. Deus autem
ærumnas meas, & miseriam respiciens, te heri ca-
stigavit. Laban respondet: Filiæ istæ meæ sunt, liberi
mei sunt, mea sunt greges, & quicquid vides meum
est. Quid hodie filiabus meis, aut ab ipsis progenitis
faciem? Fœdus igitur, quod inter me, & te testa-
ri possit, age faciamus. Lapidem Iacob ut monumen-
tum esset erigit, fratribus suis, inquiens: Lapides col-
ligite. Illi autem datis lapidibus acervum faciunt,
neque eo comedunt. Laban illum locum Iegar sa-
haduta, Iacob vero Gilead nominat. Acervus
ille (inquit) Laban hodie testis sit mihi, tibique
(ex quo nomen Gilead ortum est) sitque specula.
Dicebat enim: Dominus inter me, & te rationem
putet, cum discedimus: si filias meas affligis aliu-
cui.

cia, aut alias preterea uxores ducis. Homo nobiscum nemo est: ecce autem deus est inter me, & te testis: Laban illud etiã addebat. Ecce ille acervus est, illud monumentum quod inter me, & te erexi. Ille autem acervus testis sit, testetur idem monumentum quoque: si ad te huc, aut tu illuc ad me, ultra illum acervum, & monumentum, ad iniuriam inferendam transieris. Deus Abrahamis, Deus Naboris, & patrum eorum Deus inter nos iudex sit. Iurabat autem ei Iacob, testemonio patris sui Isaac. Sacrificans Iacob in monte ad cibum capiendum fratres suos inuitabat. Qui cum comedissent, in monte pernoctabant. Prima luce surgens Laban, osculatus liberos, & filias suas, benéque ipsis precatus discedens, in locum suum reuertebatur. Iacob iter suum persequitur. Angelos autem Dei cum obuios sibi habuisset, eosque uidisset: Exercitus (inquit) Dei sunt. Illum igitur locum Mahanaim appellabat.

XXXII.

Interram autem Seir, quae in uicinia est Edom, nuncijs praemissis ad fratrem Esau, mandabat: Sic (inquiẽs) domino meo Esau dicetis: Seruus tuus Iacob haec tibi significat. Apud Labanem iamdiu abfui: mihique iumenta, asini, oues, serui, & ancillae parta sunt. Premisi autem tibi domino meo indicatum, ut in oculis tuis gratia mihi pararetur. Reuersi nuncij, se ad fratrem eius Esau uenisse, eumque cum quadringentis uiris obuiam procedere renunciant. Non

medio,

mediocri igitur timore perculsus Iacob, totis angebatur sensibus. Hominibus igitur, qui cum ipso essent, ouibus, iumentis, camelis, in duos quasi exercitus diuisis. Quòd si unum adortus (inquit) exercitum Esau cecidorit, reliquus certè elabetur. Idem: Deus patris mei Abraham, idemque patris mei Isaac Deus, domine qui mihi ut in meam terram, & cognatos redirem autor extitisti: & de benignitate tua promisisti, misericordia uniuersa, & fide, quos tu mihi seruo tuo exhibuisti, longè sum inferior (hunc enim Iordanem transiēs, præter hunc baculum nihil possidebam, nunc autem geminos exercitus duco.) manibus fratris mei eripe me, manibus Esaui. Ipsum enim timeo, ruentem fortasse, ut mortem mihi, matri patiter, cum liberis offerat. Te dicere memini: Bene faciam tibi: & semen tuum uti arenam, quæ ad mare est, & præmultitudine numerando percenseri non potest, efficiam. Ibi igitur pernoctabat. De ijs autem quæ habebat munera fratri Esau parabat. Ducentas capras: uiginti hircos, ducentas oueis: quadraginta uaccas, decem iuuencos, uiginti asinas, cum decem pullis. Hæc omnia ministris suis committebat: singulos greges singulis, dicens: Vos præite, & locum post gregem relinquite. Promò hoc mandabat. Fratri meo occurrenti tibi, & cuius sis, quo eas, & quæ

quae ante te agis cuius sint quaerenti, responde: Servi tui
Iacobi ista sunt: is ponè sequens domino suo Esauo mittit
munera. Idem secundo, idem tertio, idem omnibus greges
sequentibus mandabat, dicens: Occurrentes Esauo, sicuti
praecepi vobis, dicite. Illud omnino addite: Iacob servus tuus
nos sequitur. Muneribus enim quae ipsum antecedebant
se eum placaturum esse confidebat. postea se ipsum visu-
rum esse: & hoc modo se ab ipso fortassis iri receptum.
Sic igitur munera antecedebant. Ipse autem apud multi-
tudinem ea nocte commorabatur. Noctu surgens cum
duabus uxoribus, duabus ancillis, undecim liberis, ad tran-
situm Iaboc profectus, trans aquam eas transportat, ut
quicquid haberet, in ulteriorem ripam deportaretur. Ipse
autem solus remanebat. Hic igitur vir quispiam cum
ipso ad aurorae usque exortum luctabatur. Qui cum
eum minimè vinci posse videret: os femoris eius
tangebat. Os autem femoris luctando cum ipso luxa-
batur. Missum me fac, ait ille, iam enim aurora
prodit. Non ante (inquit) ille, nisi mihi bene-
dixeris. Quod tibi nomen est? ait ille. Iacobi, re-
spondet. Non tu in posterum Iacob appellabere, sed,
quoniam cum Deo, & homine luctatus es, & fuisti
superior, Israël nominaberis. Nomen tuum, ait Ia-
cob, quaese te, indica mihi. Nomen cur quaeris? inqt.
Ipsi autem illic benedicebat. Iacob locum illum Pniel
nominat. Ego enim ipsam Dei faciem vidi: & tamen
anima mea salva est. Pniel autem praetergresso: sol
ex-

exercitur. Ipse verò in femore claudicabat. Inde ortū est, ut posteri Israëlis, ne nunc quidem ullo nervo, qui in pala femoris est, vescantur: quòd nervus in pala femoris Iacobi tangeretur.

XXXIII.

Iacob sublatis suis oculis, fratrem suum Esau stipatum viris quadringentis venientem animadvertens: liberos suos Leae, Rahelae & duabus ancillis partiebatur. Primo loco ancillas cum liberis earum: post illas Leam cum liberis: Rahelam autem postremo loco, cum Iosepho collocabat. Ipse verò praeibat. Septies autem antequam ad fratrem pervenirent, inclinabatur. Esau autem, obviam ei occurrens, in eius amplexum, collumque invadens, osculatur. Utrique autem lachrymae exciderunt. Visis autem mulieribus cum liberis: Illi qui nam (inquit) sunt tecum? Liberi sunt, ait ille, quibus dius servum tuum donavit. Ancillae cum liberis accedentes, coram ipso sese inclinabant. Lea quoque accedens cum liberis, genua coram ipso flectebant. Quid, ait ille, cum ipso toto exercitu, qui mihi obvius fuit, instituis? Ut gratiam conciliarem mihi mei domini, inquit Iacob. Cui Esau: Nulla re indigeo mi frater, tua serva tibi. Minimè quaeso, ait Iacob: si parta mihi apud te gratia est, de manu mea munera nō repudiabis. Vultum enim tuū, ceu Dei faciem aspexi: illud igitur ne despliceat. Bene-

dictionē.

dictionem quaeso, quam affero tibi, accipe. Deus enim pro-
spexit his omnibus mihi, & abundè omnia possideo. Sic
ut acciperet propè cogebat. Iter (inquit) ille facere per-
gamus: tecum enim proficiscar. Ille verò: Mi domine:
teneros vides in hoc comitatu liberos, pecudes denique,
& vaccas lactentes. Quae si unius diei itinere affli-
gerentur: totus grex moreretur mihi. Dominus meus
ante servum suum proficiscatur: ego pro ratione itine-
rum, pecudum, & liberorum pedetentim sequar, do-
nec ad dominum meum venero in Seir. Aliquot
igitur, (inquit) Esau: ex ijs qui mecum sunt,
apud te relinquam. Cui ille: Neque hoc necesse fue-
rit: mihi saltem coram te domino gratia nicetur.
Ita igitur Esau eodem die Seir revertebatur.
Iacob autem Suchotum profectus, domū aedificat:
& armentis tabernacula extruebat. Inde nomē
Suchot duxit initium. Postea Salem, ad oppidū Sichē:
quod in Canaan est: posteaquam ex Mesopotimia re-
dijsset: profectus castra extra urbem sua locabat.
Empto autem de filijs Hemor patris Sichemi agro:
centum denarijs, ibi tabernaculum suum colloca-
bat. Ara praeterea ibidem extructa, nomen fortissi-
mi Dei Israël invocabat.

XXXIIII

Dina autem filia Leae, quam ipsa Iacobo pepererat,
filias eius terrae visura egreditur. Hanc igitur visam,
qui

qui rerum in ea terra potiebatur, Sichem Hemorij Hevi-
tæ filius, raptam oblato stupro virtiat. Toto autem pec-
tore adhærebat ei, charamque puellam habebat, & aman-
tissimè cum ea sermocinabatur. Hanc puellam (ni-
quit) Sichem patri Hemor, mihi uxorem da. De stupro
filiæ cognoscens Iacob, cum in agro filij abessent cum
armentis, dum redirent tacebat. Hemor patre Sichemi
ut cum Iacobo colloqueretur egresso: ex agro filij Iaco-
bo redeuntes, cognito quod acciderat, acerbè, molestéq;
ferunt: & quod iste stultitiam in Israele admisisset:
filiamque Iacobi vitiasset, contra quod oportuit fieri, præ-
senti iracundia exarserunt. Hos igitur allocutus He-
mor, cor filij mei Sichemi desiderio filiæ nostræ angi-
tur: amabo vos, eam ipsi in matrimonium collocate.
Affinitatem nobiscum iungite, filias vestras nobis elocate:
& nostras vicissim ducite, contrahite, vemfacite. Sichem
quoque patrem eius, & fratres sic alloquitur: Sim
gratus apud vos in gratia, quicquid dixeritis vos mihi,
dabo: vos saltem audater, liberéque à me dotem, mu-
nera postulate. Ego enim dummodo puellam mihi
detis uxorem, uti à vobis nuncupatum fuerit, dabo.
Fraudulenter igitur filij Iacobi, Sichemo, & patri eius,
quod vitium sororis Dinæ oblatum esset, respondentes:
Id (inquiunt) facere nos non possumus: ut sororem
nostram viro non circumciso elocemus. Id enim turpe
esset nobis. Sed tamen tum demum morem gerem
vobis: si nostri similes fueritis, & quicquid masculini
in

in uobis est, fuerit circumcisum. Ita nostras filias uobis elo-
cabimus: & uestras uicissim ducemus, unà habitabimus,
idemque populus erimus: Sin circumcidi nolueritis, filiam
nostram unà nobiscum abducemus. Oratio probatur Hemo-
ri, & filio. Cupiditate igitur filiae Iacobi inflammatus:
adolescens facere non cunctabatur. Erat autem honesti-
ssimo loco, ultra omneis in patris familiâ. Hemor igi-
tur, & filius Sichem in porta ciueis urbis sic allo-
quuntur: Amantes pacis sunt homines illi, & in regione
habitare, & contrahere decreuerunt. Regio autem fa-
cilè ipsos capiet: ipsorum filias ducamus nos, & ipsis
nostras uicissim elocemus. Tum demum autem morē
gerent nobis, & unà habitabunt, idemque nobiscum
populus erunt: cum quicquid apud nos masculū fue-
rit, sicut ipsi circumcisi sunt, nos quoque circumcide-
mus. Armenta, bona, omnia eorum nostra ~~sunt~~
erunt, si modo illis gesserimus morem, ut unà no-
biscum habitent. Omnes igitur, porta eius quicunque
exirent, aut ingrederentur, Hemoro, & Sichemo
filio eius morem gerentes, quicquid communi porta
utebatur, circumcidebant. Triduo post, cum ex do-
lore languerent, gladijs suis armati, filij Iacobi duo,
Simeon, & Leui, fratres Dinae, in urbem confidenter
ingressi, omne masculum confidenter interficiebant:
gladio etiam Hemorum, & filium Sichemum truci-
dabant. Erepta sorore Dina, ex aedibus Sichem,
discedebant. Interfectis autem illis, urbem diripiunt
filij

filij Iacobi, propter stuprum sororis. Ouibus, iumentis, asinis omnibus, qui quid in urbe esset, & in agro ablatis bonis eorum, liberis denique et uxoribus captis, domos diripiebant. Iacob Simoni, & Levi: Malum (inquit) mihi conflastis: iam coram nicolis terrae huius, Canaanitis, Pheresitis sordeo: pauci autem sumus. Illi igitur facta contra me manu, cedent me: itaque cum familia mea periero. Scorti igitur loco, inquiunt illi, sororem nostram adhiberent.

XXXV.

Paraste (inquit) Iacobo dominus, & Bethelam profectus ibi habita: aram praeterea Deo, qui tibi cum fratrem Esau fugeres se exhibuit, aedifica. Peregrinos qui apud vos sunt (inquit) familiae suae, & caeteris omnibus cum ipso qui erant, deos à vobis remouete: mundate vos, & vestitum mutate. Eamus autem Bethelam, ut qui me in tempore meo calamitoso audiens, mihi in itinere quod feci praesto fuit, deo ibidem aram constituam. Omneis igitur ei Deos peregrinos, quos habebant, & monilia aurium, ei tradebant: quae ille omnia sub quercu propter Sichem quae est defossa, terra coöperuit: itaque egrediebantur. Terror autem Dei urbes adiacentes ita inuasit, nemo ut esset, qui filios Iacobi persequeretur. Iacob igitur cum omni comitatu suo in terrā

Canaan

Canaan uenit Lusam, quae Bethela nominatur. Altari autem extructo, eum locum, quod ipsi deus ibi apparuisset fugienti fratrem Elbethelam nominabat. Debora nutrix Rebeccae diem suum obit, & sub quercu infra Bethelam sepelitur: Quercus postea, quercus lugubris dicebatur. Iterũ autem ad reuersum ex Mesopotamia Iacobum dominus accedens, ei benedicebat, inquiens: Iacob diceris: in posterũ autem non Iacob, sed Israel nominabere. Sic igitur Israel dicebatur. Ego ait ipsi Deus, ille Deus sum omnipotens. Foecundus esto, & auge te. Populi, & multitudo populorum de te orientur: quinetiam reges ex lumbis tuis prodibunt. Terram quam Abrahamo, & Isaac dedi, tibi dicabo, tuaeque posteritati sequuturae dabo. Sic igitur relicto ipso, de eodem loco, in quo cum ipso loquebatur, in altum deus ferebatur. Iacob autem erectum in eo loco, in quo cum ipso fuerat locutus, monumentum ex lapide, libamine perfudit, & inunxit oleo. Loco autem, in quo cum ipso Deus fuerat locutus, Bethel nominabat. Bethela discedentes, cum unius iugeris spatio Ephratha abessent, parit Rahel. Erat autem magna partus difficultas: cui ex partu admodum laboranti (inquit) obstetrix, sine metu es: hunc enim quoque habebis filium. Sed cum efflaret animam, & mortem subiret, Benoni ipsum nominat: pater autem nomen illi imponit Beniamin. Sic uita defuncta Rahela, ad ~~[illegible]~~ uiam Ephratensem, quae nunc est Bethlehem sepeliebatur. Mo-

(numẽtũ

numentum autem supra sepulchrum eius erexit Iacob: quod quidem sepulchri Rebeccæ monumentum, etiam hodie cernitur. Israel egressus taberna, culum trans turrim Eder statuit. Israële autem regionem illam nicolentie: accidit, ut Ruben cum patris sui concubina Bilha concumberet: quæ fama ad Israelem emanabat. Erant autem filij Iacobi duodecim. Filij Leæ sunt: Ruben primo loco natus Iacobo, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, Zebulon. Filij Rahelæ: Ioseph, Beniamin. Bilhæ ancillæ Rahelæ filij: Dan, Naphthali. Filij Silpæ ancillæ Leæ: Gad, Aser. Hi filij sunt Iacobi, nati in Mesopotamia. Ad patrem igitur Isaac Mamræ ueniebat Iacob, in metropolin dictam Hebron: in qua eadem Abraham, & Isaac fuerunt peregrini. Centesimo, octuagesimo anno ætatis Isaac uiribus deficiens moritur. Ad populum suum collectus, senio, uitæque saturitate repletus. Filij eius Esau, & Iacobus eum humabant.

XXXVI

Familia Esau, qui idem Edon dicitur, Hæres. De Cananitis uxores Esau ducebat. Adan filiam Elonis Hethej, Aholibamam filiam Anæ, neptem Zibeonis Heuitæ, Basmatham filiam Ismaëlis, sororem Nebaioth. Ada Eliphaz, Basmatha Reguelem, Aha-

Horna

libama Iebusum, Iaëlam, & Korath pariebat Esaus. Hi filij Esauo in terra Canaan nascebantur. Esau autem cum uxoribus, filijs, filiabus, & domus suæ cunctis animalibus, cum bonis, pecoribus omnibus, & facultatibus suis quas in regione Canaan adeptus fuerat, in aliam regionem à fratre suo Iacobo proficiscitur. Erant enim facultates eorum ampliores, quàm unà ut possent habitare: terra quam peregrini incolebant ipsi, sustinere eos nõ poterat amplius, præ magnitudine rei pecuariæ. Sic igitur monteis Seir Esau incolebat. Esau est ille Edom Familia Esaui, à quo Edomitæ ducunt originem in montibus Seir, hæc est, & illa sunt liberorum Esaui nomina. Eliphas filius Adæ, uxoris Esaui. Reguel filius Basmathę, uxoris Esaui. Filij Eliphæ hi sunt: Theman, Omar, Zepho, Gaëtham, Cenas. Concubina autem Eliphæ Thimna filij Esaui, pariebat Amalec. Adæ Esaui uxoris liberi hi sunt. Reguelis liberi: Nahat, Serah, Samma, Misa. Liberi ex Basmatha uxore Esaui hi sunt. Sed ex Ahalibama Esaui uxore, filia Anæ, neptis Zebeonis hi sunt nati Esauo: Ieus, Iaëlam, Corach. Atqui hi qdem sũt ex liberis Esaui principes. Liberi Eliphæ primi filij Esaui hi sunt: Princeps Theman, Omar princeps, princeps Zepho, Princeps Cenas, princeps Corah, princeps Gaëtham, princeps Amalek. Hi orti ab Elipha in terra Edom sunt principes: nati ex Ada. Liberi Reguelis

Esaui

Esaui filij: Nahath, Serah, Samma, Misa principes.
Ex Reguele hi sunt in terra Edomitarum principes:
nati ex Bathmatha uxore Esaui. Uxoris Esaui
Ahalibamae hi sunt liberi: Ieus, Iaëlam, Corah prin-
cipes. Hi sunt principes nati ex Ahalibama filia
Anae Esaui uxore. Liberi igitur Esaui, & inde
orti principes hi sunt. Ipse autem ille est Edom. Siri
autem Heuitae, qui eam terram incolebat, liberi hi
sunt: Lothan, Sobal, Zibeon, Ana, Dison, Ezer, Di-
san. Hi principes Horitorum sunt, liberi Seiri
in terra Edom. Lothani filij, Hori, Heman: Soror an-
tem Lothani erat Thimma. Liberi ex Sobal hi sunt:
Aluan, Manahath, Ebal, Sepho, Onam. Zibeonis li-
beri: Aia, Ana. Atque hic quidem est ille, qui cum
patris sui Zebeonis asinos pasceret, in solitudine mu-
los primus inuenit. Liberi Anae: Dison, Ahalibama,
filia Anae. Liberi Dison: Hembdan, Esban, Iethran,
Charan. Ezer liberi: Bilhan, Sauan, Akan. Disan
liberi: Vz, Aran. Principes Horitarum hi sunt:
Lothan, Sobal, Zibeon, Ana, Dison, Ezer, Disan ~~[illegible]~~,
principes. Hi principes Horitarum, in regione Seir
rerum, imperioque potiebantur. Reges autem, in
Edom qui regnauerunt, antequam posteri Israëlis re-
gibus.

gibus parerent hi sunt: Bela filius Beori rex Edomi, urbs eius Dinhaba dicebatur. Huic mortuo, filius Serah Bazrari Iobab succedebat. Illo etiam ex hac uita euocato, regno praeficitur Husam ille Themanites. Mortuo Husamo, rex Hadad filius Bedad designatur, qui Midianitas in agro Moabitico coedebat: urbs eius erat Auuith. Vita defuncto Hadad, Samla Masrecus regnabat. Samlae defuncto, Saul ille Rehobothus ad aquam succedit. Saul exeunti è uita, Baalhanan, filius Achbori succedit. Baalhano filio Achbori mortuo, Hadar imperium capessit: cuius urbs Pagu appellabatur. Uxoris nomen erat Mehetabeel filia Matredis, quae ipsa filia erat Mesahab. Atque ita quidem sunt orti ab Esauo principes dicti, illae eorum familiae, illae sedes, & nomina. Thimna, Aluua, Ietheth, Ahalibama, Ela, Pinon, Cnas, Themā, Mibzar, Magdiel tram principes. In Edom illi sunt principes, ut qsque in regione patria habitauit. Esau autē Edomitarum parens est.

XXXVII.

Iacob igitur in regione ea, quam parens eius peregrinus incoluerat, in regione scilicet Canaan habitante, haec eius erat posteritas. Septimum decimum agebat annum Ioseph: cum pastor pecoris esset cum fratribus. Cum filijs autē Bilhae, & Silpae uxorum patris sui uersabatur, & si qua

de

de ipsis fama turpis ferebatur, eam ille referebat ad
patrem. Israel ~~autem~~ igitur cariorem habebat Iosephum
coeteris liberis suis omnibus: quod ipsum iam senio con-
fectus suscepisset: ei igitur tunicam uariam parabat.
Fratres eius, quòd amore coeteris fratribus omnibus
longè apud patrem anteïret, cognito, oderant eum, nec
familiariter cum illo q loqui poterant. Huc accedebat
somnium: quod cum fortè per quietem uidisset, fra-
tribus narrabat: quo facto, uehementius etiam odi-
um conceperant. Audite uerò, dixerat, quid somni
auerim. Manipulos colligere nos uidere uidebatur mihi,
in agro: meus autem manipulus stabat erectus: ue-
stri autem circumquaque, coram meo inclinabantur.
Tu rex ergo inquiunt, nobis imperares. Somnij ergo,
& sermonis causis uehementiori odio inflamma-
bantur. Aliud praeterea ei in somnis uidebatur, quod
idem fratribus narrabat dicens: Ecce iterum aliqd
in quiete, solem, lunam, & undecim stellas coram
me inclinari uisus sum. Quo patri suo, fratribusque
renunciato, pater eum reprehendens: Quale tandem
illud uisum est, quod in somnis uidisti? Num me,
matrémque, & fratres tuos, te adorare rectũ est?
Etsi autem inuidia fratres eum premebant: pater
tamen illa uerba conseruabat. Abeuntibus igitur
fratribus eius, ut pecora patris in Sichem pascerent:

Nonne

Nonne inquit Josepho Israel, fratres tui armenta in Sichē
pascunt? Adestum, ad ipsos mittam te. Adsum inquit ille.
Excurre ait ille, & num omnia fratrum salua sint, &
salua pecora uide, & qualia sint omnia, mihi renuntia.
Hebrona igitur, ex ualle eum ut in Sichem iret mittebat.
In illum autem de uia incertum, & errantem in agro uir
quispiam incidens, quem quaeris? inquit. At ille: Fratres
meos quaero: amabo te, mihi ubi locorum pascāt, indica.
Hinc discesserunt, ait ille: Eos enim dicere audiui, & con-
stituere, ut Dothan abirent. Sequutus fratres, eos Dotha-
ni offendebat. Quo procul uiso, ante etiam quam propius
eos uenisset, ut mortem illi offerrent, consultabant. Ecce
inquiunt ille somniorum autor iam aderit. Eum igitur
occisum, & in foueam abiectum, à fera crudeli deuo-
ratum esse narremus: sic quo somnia eius euasura
sint uidebitur. Quo audito: Vt manibus eorum eripe-
ret illum, Ruben inquit: Mortem illi non offeramus:
Addebat illud quoque: sanguinem ne fuderitis: sed po-
tius eum in foueam, quae in solitudine est abijcite:
manus autem certè illi non afferte. Eum autem ipsis
eripere, & patri reddere conabatur. Joseph igitur cū
ad fratres uenisset, tunica, & ueste uaria extutum,
quam gerebat, in foueam abijciunt. Erat autem illa
inanis, nec quicquam aquae continebat. Ad cibum
capiendum accumbebant. Interea oculis sublatis, turbā
Ismaëlitarum Gilead iter facientes animaduertunt,

cum

cum camelis, qui aromata, Balsamum, Myrrham gestabant, in Ægyptum proficiscentes. Iuda igitur fratres suos allocutus: Quid tandem commodi redibit ad nos, interfecto fratre nostro, eiusdemque occultato sanguine, inquit. Quinpotius eum Ismaëlitis uendamus, ne ipsi manus illi uiolentes afferamus: frater est enim noster, caro, sanguisque communis. Illi igitur hunc audiebant. Midianitis ergò mercatoribus illac iter facientibus, illum extractum è fouea, Ismaelitis pro uigisti argenteis uendunt: illi autem eũ in Ægyptum deduxerunt. Ruben ad foueam reuersus, non reporto Iosepho, scissis uestibus, ad fratres rediens: puer non est ibi inquit, quò me nunc uertam? Occiso autem capro, uestem Iosephi tinctam sanguine, tunicam illam uersicolorem domum remittunt patri dicentes: Hanc nos fortè inuenimus: tu uerò sitne filij tui uestis, an non, uise. Ille autem cognoscens eam continuò: filij mei tunica est, inquit, belua crudelis eum deuorauit, bestia uorax Iosephum concerpsit. Concisis igitur uestibus, indutus sacco humeros, longo tempore filium suum lugebat Iacob. Quãuis autem omnes filij eius, & filiæ accedentes, eum consolarentur: ille tamen omnẽ consolationem repudiabat: quòd diceret: Cum luctu in foueam ad filium meum descendam. Pater etiam eius ipsum deplorabat. Midianitæ uerò, eum in Ægyto uendũt

Potiphari

Potiphari, cubiculario Pharaonis, & præfecto aulæ.

XXXVIII

Eodem tempore accidit, ut relictis fratribus suis Iuda discedens, se ad uirum quendam Hiram: Odollami habitantem se conferret. Visam ibi cuiusdam Cananitæ filiam Suham nomine, uxorem ducit. Cum illa concumbens, grauidam fecit: filium autem quem pariebat, Ger nominabat. Iterum grauida filium parit, quem illa Onan appellabat. Iterum eadem filium pariens, Sela eum nominat. Erat autem cum eum pareret, Chesibi Iuda filio suo primo Ger, Thamar uxorem dabat. Eum uero quod coram domino improbus esset, dominus morte mulctabat. Cum fratris uxore contrahe, inquit Iuda Ouani, & uxoris loco habe, ut semen fratri tuo excites. Sciens autem Onan, non suum fore semen, si cum uxore fratris concumberet, in terram deiectum perdidit: ne fratri semen subministraret. Quod factū cum displicuisset domino: illum etiam morte interemit. Vidua sis, inquit Iuda nuruj Thamar, domi patris tui, dum filius meus Sela ætate corroboretur. Thamar discedens domi patris sui commoratur. Dies autem plurimi cum præterijssent, Suha uxor Iudæ moritur: finito luctus tempore, Thimnatum ad tonsuram ouium, cum pastore suo Hira Odollamo, Iuda profitiscitur. Hoc igitur Thamar cum uestiuisset, & ad tonsuram ouium socerum

rum egressum esse audiuisset: uestitu quem mo-
re gerebat uiduæ deposito, tecta facie pallio, obuoluta
ante feres in uia Thimnatensi consedit. Selam
enim iam grandem natu sibi non datum esse ani-
maduertebat. Hanc uisam, cum quòd faciem texisset,
meretricem esse crederet, Iuda adortus in uia alloqtur.
Quæso te fac mihi concubitus tui potestatem. Nu-
rum enim suam esse ignorabat. Illa contra: Concū-
bendi ecquod erit præmium? Caprum ait ille, mittā
tibi de grege. Pignus igitur, respondet illa, relinques
mihi, donec mittas mihi. Pignus quale uis dari tibi,
inquit ille. At illa: Annulum, uelamen, & quem
manu tenes scipionem. Datis igitur illis concūbit:
ex quo illa grauida redditur. Discedens autem, de-
posito pallio, uestitum uiduæ induit. Caprū per
pastorem Odollanum mittit Iuda, ut pignus à mu-
liere reciperet. Ille autem eam non inueniens,
ex hominibus illius loci, quæ in uia consedisset,
meretrix quo abijsset percunctatur. Meretricem
negantibus affuisse = reuersus ad Iudam, se eam
non inuenisse, & homines eius loci meretricem
affuisse negare renunciat. Iuda respondet: Sibi ha-
beat: Misso enim capro, & illa non reperta, de nobis
quidem certè turpe nihil meritò queri potest. Tri-
bus mensibus exactis, Thamar scortatam esse, &
ex scortatione grauidam esse Iudæ renunciatur.

Addu-

Adducatur inquit Iuda, ut comburatur. Quæ adducta ad socerum misit nuncium: Ex illo uiro grauida sum, cuius sunt illa. Nunquid cuius ille annulus, illud ue, lamen, & baculus sit agnoscis. Quibus cognitis, iustior me est, inquit Iuda: non enim eam filio meo Sela ni uxorem dedi: amplius autem cum illa rem nō habebat. Sed cum pariendi tempus appropinquasset, in eius utero reperti sunt gemelli. Cumque enitteretur, manum extrahebatur. Obstetrix igitur manū rubro filo ligat, dicens. Prior hic egredietur. Eodem autem manum retrahente, frater eius prodibat. Tua causa cur, inquit illa, tantopere perrupisti? Inde nomen datum est illi Phares. Hinc frater eius, rubrum circa manum quod gerebat filum secutus, Serah nominabatur.

XXXIX.

Iosephum abductum in Ægyptum, cubicularius Pharaonis, denique aulæ præfectus, Potiphar ab Ismaëlitis, qui eum adquisierant mercatur. Ita autem cum Iosepho erat Dominus: ut fortunatissimus esset: uiuebat autē domi heri sui Ægyptiaci. Qui, cum actiones eius omnes fortunaret Dominus: animaduertens Dominū esse cū ipso, cœpit illum gratia sua singulari complecti: faciēsq; illum seruum suum, domui præfecit, & facultatibus suis omnibus. Ex eo tempore, quo ipsum domui, & bonis suis omnibus præfecerat, domum Ægyptiaci Do-

mini

minus propter Iosephum ita locupletabat: ut quicqd
possideret domi, foriscque plena essent benedictionis.
Eius igitur manibus, quicquid habebat permittebat.
nec quicquam ipso cervo curabat, cibum saltem, po-
tumque ut caperet. Erat autem facie praditus Io-
seph venusta, & forma liberali. Accidit autem his ita
gestis: ut uxor heriis oculis ad Iosephum coniectis,
ipsum de concubitu sollicitaret. Ille autem negans illi;
Ecce inquit, quicquid hac domo continetur, eorum
nihil prae me curat, omnia potius sua, manibus me-
is subdidit. Nihil quantumuis magnum sit, me
celat: te una uxore excepta. Quomodo igitur tan-
tum admitterem facinus? deumque offenderem?
Illa autem talibus cum sermonibus cotidie faciem
sollicitabat: ille tamen morem illi non gerebat, ut
propius ipsam aut dormiret. aut uersaretur. Quo-
dam die, domum negotij sui efficiendi causa Iosephus
ingressus, cum tota abesset familia: comprehensam
veste alloquitur, dicens: Concumbe mecum. Ille autē
relicta in manu eius veste, fugiens, è domo profe-
git. Vestem relictam in manu, ipsumque fugere
uidens, accersita familia. Ergô inquit, illum ho-
minem Hebreum, ut nitium nobis offerret, introduxit.
Vt enim mecum concumberet, est ad me ingressus:
ego autem contenta uoce clamabam. Clamorem exci-
tari à me, & uociferari me uidens, relicta veste

anfugiens

aufugiens, foras se contulit. Iuxta se posita veste, domino reverso eadem nunciabat, dicens: Quem tu nobis adduxisti, servus ille Hebraeus ad me, ut vitium offerret ingressus est. Me autem excitante clamorem, & vociferante, relicta apud me veste aufugit. Uxoris sermone accepto, quòd diceret, hoc modo servus mecũ tuus egit: iracundia gravi exarsit. Herus igitur eum in carcerem, quo regis captivi servabantur coniecit: ibi igitur captivus erat. Sed tamen cum ipso erat Dominus, & amore ipsum complectebatur, eamque gratiam ei apud praefectum carceris conciliabat: ut eius manui omneis carceris captivos committeret, ut quicquid curandum esset, per ipsum administraretur. Praefectus enim carceris de nulla re laborabat. Cũ Iosepho enim erat dominus: & quicquid faceret, id dominus benè, foeliciterque fortunabat.

XL.

Forte autem contigit, ut regius pincerna, & pistor in dominum suum regem Aegypti aliquid admitterẽt. Iratus igitur duobus illis cubicularijs, praefectis scilicet pincernis, & pistoribus, in domum praefecti aulae, in qua captivus tenebatur Ioseph, eos Pharao in custodiam tradebat. Praefectus autem aulae, Iosephum ipsis ut ministraret praeficit. Erant autem dies aliquot in carcere. Eadem nocte, utrique, tum pincernae, tũ pistori, per quietem somnium offerebatur, unicuiq

suum

suum peculiare, & peculiarem habens coniectionē.
Illos igitur cum mane ingressus Ioseph, tristeis offendi-
ßet, rogat: Hodie cur tandem tristes estis? Somnium
inquiunt illi, uterque uidit, & qui illud coniiciat
nemo est. Ioseph respondet: Interpretatio Dei est, sed ta-
men narrate mihi. Suum igitur narrans somnium
Archipincerna, somniaße se ait, uitem coram seste-
tiße, cum tribus palmitibus, uirentem, eamque
creuisse, & actis gemmis, uuas maturuiße: seque
manu scyphum Pharaonis tenentem, uuis in scy-
phum expressis, scyphum in manus Pharaonis dediße.
Interpretatio talis est, inquit Ioseph: Tres rami, treis
dies sunt: triduo post, sublato tuo capite Pharao: tuo
te praeficiet officio: ut pro consuetudine tua, cum
eius pincerna eßes, ipsi scyphum in manus tradas.
Sed tamen fortuna utens bona, de me quoque re-
cordare: eamque mihi misericordiam imparti, ut
Pharaonem admoneas, ut quoniam clam furto è
terra Hebraeorum abductus sum, ex illa me domo
educat: praesertim cum nihil ne hic quidem admi-
serim, cuius causa in carcerem coniiciendus
eßem. Archipistor uiso, interpretationem hanc fau-
stam extitiße, dicit Iosepho: Per quietem uisus sum,
tria canistra alba ferre in capite, in quorū pri-
mo uarij cibi pisti Pharaoni erant: aues autem
~~ex~~ canistro ~~ex~~ in capite meo comedebant. Huius
etiam inquit interpretatio talis est. Tria canistra,

treis

tres dies: Hoc triduo sublato tuo capite, te in crucem aget, & aues de carne tua pascentur. Die igitur tertio, diem anniuersarium agens suum Pharao, omnibus ministris suis conuiuium parabat. Capite igitur Archipincernae, & Archipistoris inter seruos suos sublato, archipincernā officio suo, ut scyphum Pharaonj in manum daret, praefecit: Archipistorem autem, sicuti interpretatus Ioseph fuerat, sustulit in patibulum. Archipincerna uerò, de Iosepho nō recordabatur: quinpotius memoriam eius deponebat.

XLI.

Exeunte autem biennio, somniabat Pharao, se ad aquas consistentem, septem uidere uaccas, forma, pinguedinéq; praestantes, et aqua prodeunteis, in gramine pascere. Post illas alias septem uaccas, et aqua prodire, deformes, & macilentas: & has quidem in littore aquae ad alias uaccas accedere. Illae autem deformes, & macilentae, septem formosas, & pingueis deuorabant. Hic somno Pharao soluebatur. Idem autē cum iterum obdormiuisset, aliud per quietem uidit: septem scilicet spicas, uberes satis, & plenas, ex culmo uno nasci: post illas alias septem exileis, & adustas prodire, & has exileis, illas uberes, & plenas deuorare. Hic igitur experrectus Pharao, somnium esse cognouit. Dies autem cum illuxisset, animo angebatur, & accersitis omnibus somniorum conuictoribus Aegyptiacis,

&

& sapientibus, narrat somnium. Nemo autem
somniorum facere poterat interpretationem. Archi-
pincerna igitur Pharaonem allocutus, hodie inquit
peccati mei recordor. Cum enim iratus Pharao ser-
uis suis, me cum Archipistori domi praefecti aulae, in
carcerem coniecisset, uterque uidit somnium eadē
nocte peculiare, cuius interpretatio ad eum pertine-
bat. Adolescens autem quidam Ebraeus, seruus praefe-
cti aulae fortè nobiscum erat. Qui cum ei somnia
narrasemus, utrique suum somnium interpretabatur.
Et sicuti is nobis somnia interpretabatur, somnia uera
euaserunt. Ego enim officio meo praefectus sum: at
ille alter suspensus est. Missis igitur certis q̄busdam:
Josephum accersit Pharao: nulla mora interposita è
lacu emittunt. At ille tonsus, uestitu mutato, ad
Pharaonem ingreditur. Somnium inquit ad ipsū
Pharao, quod per quietem uidi, nemo mihi inter-
pretari potest. Sed dete, quod audiens somnium in-
terpretari possis, dictum est mihi. Joseph Pharaoni re-
spondet: Meum hoc non est: Deus tamen nihilominus
Pharaoni bonum uaticinabitur. Pharao Josepho narrat:
Ad ripam somniabam me consistere, & ex aqua ui-
dere septem forma, pinguedinéque praestanteis uac-
cas prodire, inque gramine pascere. Illas, septem
macras, & planè deformeis macie consequi: q̄bus
deformitate simileis, in tota nō uidi Aegypto unquā.

Illae

Illæ autem septem marilentæ, & deformes: primas illas
pingueis devorabant. Quibus absumptis, nihil tamen
in ipsis, quod pastæ essent apparebat: sed eadem illa prio-
re deformitate cernebantur. Hic somno solvebar. Ite-
rum autem somniabam, videre me septem in uno cul-
mo natas spicas uberes, & plenas. Has alias septem
exiles, macra, & adustæ ruredine sequebantur. Illæ
autem septem exiles spicæ, septem illas uberes deglutiebãt.
Quæ omnia narrarij coniectoribus: sed interpretari, nõ
potest quisquam. Ioseph Pharaoni. Utrunque somnium
idem est: Deus enim quid facturus sit, Pharaoni pra-
dicit. Septem macræ pulchræ, septem anni sunt: spicæ
septem bonæ, illi anni sunt. Somnium idem est: Ma-
cres illæ, & deformes macræ, quæ illas alteras sequu-
tæ sunt, septem anni sunt: spicæ exiles, & adustæ
septem anni sunt, caritatis annonæ. Atque illud quod
est, quod Pharaoni dixi: Deum quod facturus sit, Pha-
raoni prædicere. Fecit, Anni fertiles septem, in Ægy-
pto erunt; quos alios septem caritatis, & inopia se-
quentur: quorum caritate memoria præteritæ fertili-
tatis penitus peribit. Illa caritas, regionem ita afflget,
ne quæ superioris copiæ recordatio etiam relinquatur,
præ illa inopia, quæ est secutura, grandis plane, & in-
tolerabilis. Quod autem geminatum est somnium cer-
titudinem, & celeritatem, qua deus id faciet, signifi-
cat. Iam igitur eximia sapientia singulari præstantem

Pharao

Pharao eligat, quem Ægypto præficiat: eique mā-
det, ut in regione præfectos constituat: quintam quāq
fructuum partem in Ægypto, annis illis fertilibus
exigat: & esculenta omnis generis annorum fer-
tilium sequentium colligat: frumenta in cellas
Pharaonis comportent, in urbibus ad thesaurum pe-
narium custodiant: ut cum illi anni miseri nici-
pient, cibi regioni ne desint: ne cum Ægyptum præ-
ßerint anni, regio præ fame intereat. Quæ omnia
Pharaoni, & ministris eius omnibus cum ualde pro-
barentur: Talem inquit ministris suis Pharao, quo-
modo inuenerimus in quo eodem spiritus domini
foret? Quoniam igitur, ait Iosepho, ista omnia
tibi patefecit Deus, nemo te sapientia, nemo in-
telligentia superat. Te familiæ meæ præficio:
& tuis dictis omnes mei erunt audientes. Sellam
modò regiam mihi seruo: & illa te ero superior:
Addebat Pharao illud quoque: Ecce te Ægypto uni-
uersæ præficio: detractum de digito suo annulum,
Iosepho in manus dat: uestibus bißinis induit: tor-
quem auream de collo eius appendit: & ut curru
à se proximo ueheretur, imperauit, præmittens, q
proclamarent: Hic est pater patriæ. Toti igitur
Ægypto eum præfecit. Pharao Iosepho ait: Ego
quidem Pharao sum: in iußu tuo nemo manum,
pedem in Ægypto nemo mouerit. Consiliarium in-
timū.

timum eum appellabat. Filiam Potipharæ sacerdotis Oni ei uxorem dat. Joseph igitur inspecturus Ægyptum egreditur. Erat autem annis triginta, cum coram Pharaone rege Ægypti consisteret. Discedens igitur à Pharaone, totam Ægyptum peragrabat. Provinciales autē septem illis annis fertilibus mandatum facientes, esculenta quæ in regione erant, septem annis in urbeis comportabant. Quicquid ciborum in singulis urbium agris nascebatur, conuehebant in oppidum. Sic frumenta Joseph comportabat infinita, ceu arenas litoris, ita ut numeri etiam deficerent: non enim recensēdo numerari poterant. Filij duo Josepho nascebantur, ante caritatem annonæ ex Asnatha, Potipharæ Oni sacerdotis filia: Primum Manasse nominabat: quòd diceret: Memoriam calamitatis meæ omnis, & familiæ paternæ mihi Deus sustulit. Alterum Ephraim: quod in terra miseriæ suæ, eum locupletasset Deus. Exactis igitur septem annis illis fertilibus in Ægypto: septem anni caritatis capiunt initium: de quibus Joseph dixerat. Annonæ summa sequebatur inopia passim: sola Ægyptus pane abundabat. Sed cum fames etiam Ægyptum attingeret: pro pane Pharaonē populus inclamabat. Eos autem ad Josephum Pharao remittens, quicquid ille iussisset, facere iubet. Annonæ igitur cum in tota regione ingrauesceret, cellas penarias Joseph aperit, & inde Ægyptiacis uendit.

Annona

Annona enim nidies magis, magisque fiebat du-
rior. Et omnes regiones in Ægyptum, ut à Jose-
pho mercarentur confluebant. Erat enim ma-
xima annonæ in omnibus regionibus difficultas.

XLII.

Iacob igitur frumentum esse in Ægypto uenale
cognito: Quid cunctamini inquit filijs: equidem
frumentum uenale esse in Ægypto audio. Descē-
dite ergo, & ut uitam tueamur, nec mori no-
bis necesse sit, frumentum nobis emite. Sic igi-
tur fratres Iosephi decem, ad emendum frumen-
tum in Ægypto, proficiscuntur. Beniaminū autē
illum Iosephi fratrem unà cum fratribus ire
non permisit, ueritus, ne quod ipsi incommodū
eueniret. Filij igitur Israëlis, empturi frumen-
tum, cum alijs qui unà ierant, ueniunt. Nam
in Canaan quoque annona carissima erat. Io-
seph autem terræ præfectus, omnibus prouincialibꝰ
frumentum uendebat. Ad quem fratres eius acce-
dentes: coram ipso se in faciem abijciunt. Quos
intuitus, agnouit: seque durum erga ipsos præ-
buit, & acerbè alloquitur, dicens: Unde uos? È
terra Canaan, inquiunt illi, annonā empturi.
Etsi autem ipsos agnosceret, tamen illi eū non
nouerant. Hic somniorum, quæ de ipsis uiderat
Ioseph recordatus: Exploratores estis uos, inquit,

absit

uisuri qua parte regio pateat. Domine respondent
illi, absit hoc, emendi annonam causa uenimus, ser-
uj tuj. Viri unius sumus filij, nigenuj, nec explo-
ratores fuimus unquam. Minime, inquit ille, uos
ut terrae aditus perscrutaremini uenistis. Nos
aiunt illi, seruj tuj fratres duodecim, unius uiri filij
in regione Canaan sumus, natu minimus apud pa-
trem remansit, unus autem desideratur. Idipsū
dico uobis ait Joseph. Exploratores estis. Ita uiuat
Pharao, inde de uobis capiam iudicium. Hinc
non discedetis, nisi frater uester natu minimus
huc uenerit. Unum è uobis, qui fratrem uestrū
adducat mittite, uos autem captiui eritis. Ita enī
de sermonibus uestris faciam iudicium, & uerāne
agatis, an minus cognoscam. Aliter enim, ita
superstes Pharao sit, uos estis exploratores. Triduo
igitur eos iussit unà asseruari. Et die tertio eos
allocutus. Si uita cordi est uobis, inquit, sic facite:
ego enim Deum uereor. Si nigenuj estis, uno ex
fratribus uestris uincto, in carcere relicto, uos
abeuntes, quae famis depellendi causa mercati
estis domum referte, mihique fratrem uestrū
natu minimum huc sistite. Si uerba uestra fidē
apud me inuenient, ne mori uos oporteat. Illi
uerò quod iussi erant faciunt. Secum autem
loquentes, id inquiunt, de fratre nostro sumus
meriti. qui cum animae eius cruciatus aspice-

remus

remus, & lachrymas videremus: tamen audi-
re eum recusavimus. Illius causa in hanc ae-
rumnam incidimus. Quibus respondens Rubē:
Nonne prædixi vobis inquit, cum vetarem, ne
in ipsum quicquam admitteretis, vos autem
audire recusabatis. Iam eius sanguis reposcitur.
Illis autem non constabat, quòd quæ dicerentur,
Ioseph intelligeret: per interpretem enim cum
illis loquebatur. Aversus igitur, flebat. Ad ipsos
autem conversus, & locutus: ex ipsis Simeo-
nem eligit, eumque inspectantibus ipsis vincit.
Mandat Ioseph, ut sacci eorum frumento imple-
rentur, & singulorum pecunia redderetur, sin-
gulis in sacco suo, viaticum etiam ad iter addu-
ceretur. Mandatum efficitur. Illi autem merces
cum in asinos imposuissent, discedunt. Sed cum
quidam aperto sacco in hospicio, pabulum asino
præbere vellet, animadversa pecunia sua in
sacco summo iacente: Mea mihi pecunia red-
dita est inquit fratribus, in sacco est meo. Hic
cadebant animis, & motu communi movebā-
tur, dicentes: Nobis hoc cur quæso Deus? Domū
reversi ad patrem Iacob in Canaan regionem,
quæcunque ipsis acciderant, patri renunciant.
Terræ inquiunt dominus, aspere nos allocutus,
exploratores terræ iudicavit. Nobis autem nige-

mus

nuos nos esse, nec exploratores fuisse unquam, sed fratres duodecim, patris nostri filios, unum desiderari: minimum natu apud patrem in regione Canaan remansisse respondentibus: ille terræ dominus, inde ait faciam de vobis sitisne ingenui iudicium. Relicto uno fratre, necessaria familiæ vestræ capite, discedite, mihi fratrem vestrum natu minimum adducite. Sic ingenuos esse vos, non exploratores intelligam: & reddito fratre vestro, vobis liberum erit, in regione contrahere. Effusis autem saccis, singuli fasciculum pecuniæ in saccis inveniunt. Agnoscentes autem pecuniæ fasciculos, cũ patre terror invasit. Vos inquit pater eorum Iacob: me liberis meis orbatis. Ioseph nusquam est: Simeõ nusquam est. Beniamin auferre cogitatis, mihi ægre fiunt omnia. Ruben respondet patri: Hunc tibi nisi reduxero: tu meos duos interfice filios: mihi eum in manum trade, ego eum tibi reducam. Ille contra: Vobiscum filius meus non descendet. Eius enim frater mortuus est: & ille solus est reliquus. Si quid ipsi adversi in itinere quod facitis accideret: quanto cum moerore canos meos in sepulchrum deduceretis?

XLIII.

Sed annonæ difficultas magis, magisque terrã premebat: cumque frumentum allatum ex Ægypto esset consumptum. Abite inquit: Illis pater, & paululum

paululum nobis annonae emite. Cui Iuda sanctè no-
bis ille uir mandauit, ut eius faciem nos, nisi addu-
cto nostro frate, uideremus. Quòd si igitur nobiscū
fratrem mittis, descendentes, tibi cibos ememus. Aliter
enim, illuc nos non reuertemur. Ille enim uir,
sic mandauit, ne eius faciem, nisi praesente fratre
nostro aspiceremus. Cur inquit Israël, tam malè
consuluistis mihi, ut uiro isti, de fratre uno reliquo
diceretis? Ita accurate, respondent illi, uir ille de no-
bis, et familia nostra percunctabatur, ut diceret:
pater uester nunquid uiuit? num adhuc uobis
frater est reliquus? Hic nos ad interrogata respon-
dimus. Aut quomodo nos diuinare potuimus, fore
ut adduci fratrem postularet. Iuda autem Israëli
patri dicit: Puerum mecum abire permitte, ut eamus,
et uitam tueamur, ne nos tecum, et liberis nostris
moriamur: ego pro illo spondeo, de manibus meis
eum petes. Hunc enim, nisi ego tibi retulero, et in
conspectu tuo collocaro, culpam illam ego, in uniuersa
uita mea sustinebo. Nisi enim hanc moram inter-
posuissemus, iambis redire potuissemus. Si igitur
ita omnino fieri necesse est, ait Israel pater, fiat
sanè. De terrae optimis fructibus in saccos uestros
colligite, et uiro illi dona afferte, pusillum balsami,
mellis, aromata, et stacten, pineas, et amigdalas.
Aliam praeterea pecuniam, ad eam quam in saccis-
lis cepistis afferte: fortassis enim erratum est. Fratrē

praeterea

praeterea vestrum adducite, & ad virum illum vedite.
Deus autem omnipotens, misericordiam vobis coram
illo viro impartiat, ut vobis, & illum alterum fratrē,
& Beniamin permittat. Ego autem ei similis esse cogor,
qui suis omnibus liberis orbatus est. Acceptis igitur do-
nis, & duplicata pecunia, & Beniamin, in Ægyptū
abeuntes, coram Iosepho consistunt. Quibus visis,
cum Beniamin, ait praefecto familiae suae Ioseph,
illos viros domum duc, & macta, atque omnia
instrue: illi enim prandebunt mecum. Homo
mandatum Iosephi exequitur, & illos domum Io-
sephi ducit. Illi autem quod domum Iosephi des-
ducerentur timentes dicebant: Propter pecuniam
quam nuper, in saccis invenimus, huc introdu-
cti sumus, ut eam culpam in nos derivet, & la-
to iudicio de nobis, servos nos faciat, & asinos no-
stros vendicet. Propterea igitur ad praefectum Io-
sephi accedentes, eum ad fores aedium alloquuntur:
Domine, etiam prius ad cibos emendos huc descē-
dimus: sed in diversorium cum venissemus, aper-
tis saccis, singulorum pecunia iusto pondere in sin-
gulis saccis est reperta. Illam igitur referimus, &
aliam pro qua cibos mercabimur. Ne mini autē
nostrum constat, à quo pecunia sit nobis in saccis
deposita. Ille autem: Bonum animum, inquit, timo-
rem deponite, vester, patrisque vestri Deus, thesaurū
vobis in saccos deposuit, vestra mihi pecunia est

reddita

reddita. Educto autem Simeone ad ipsos, omneis domum Josephi deducit: aquam ad abluendos pedes apponit, & asinis pabulum. Illi dum ad meridiem veniret Joseph, dona praeparant: se enim ibi cibos capturos esse audierant. Ingredienti igitur Josepho ni aedeis, ni manibus dona ei offerunt, séque corā ipso abijciunt ni terram. Quibus ille amicissime salutatis: saluúsne est, ait, pater vester ille senex: de quo mihi dicebatis? etiamne superstes est? Illi: servus tuus, noster pater saluus est, vita fruitur. Inclinati autem, coram ipso ni terram abijciuntur. At ille sublatis oculis, Beniamin matris suae filium videt fratrem suum: hiccine ille natu est minimus frater vester, de quo mihi nup? Addebat illud etiam: Deus tibi misericordiam praebeat mi fili. Joseph autem festinabat: cor enim erga fratrem suum exarserat, & ubi lachrijmaretur quaerebat. Ingressus autem ni cubiculum, ibi lachrijmabatur. Lota facie egreditur, séque frangit dicēs: Panes apponite. Illi autem separatim, & reliquis separatim, Aegijptijs etiam separatim apponitur. Non enim cum Hebraeis Aegijptij vescuntur: quòd omnino more, institutisque abhorreant. Illos autem ex adverso, primo loco natum, uti natus erat, & minimum natu pro aetate collocabant. Illi autem hoc mutuò mirabantur. Cibi apponuntur ipsis, de eius

mensa

mensa: sed quintuplo plus Beniamino, quàm ceteris
dabatur. illi autem bibentes, cum illo inebriabantur.

XLIIII

Ioseph autem familiæ suæ curatori mandat, dicens: quã„
tum gestare possunt, horum hominum sacros annona imple;
& suam cuiusque pecuniam, in summo sacco depone. Scy„
phum autem meum argenteum, in sacco nati minimi
cum pecunia pro frumento depone. Ille quod mandauerat
Ioseph, effecit. Cum illuxisset mane, cum asinis homines
illi dimittuntur. Quibus portã egressis, cum nõ longè
adhuc abessent, mandat curatori suo Ioseph: Age iniquis
simos illos persequere, quibus comprehensis dic: Vos cur
beneficia malè compensatis? Nonne id est ex quo herus
meus bibit, & quo cum ariolatur? malè profectò
factum. Illos igitur comprehensos sic alloquitur. At illi:
Cur talia à domino meo dicuntur? à servis tuis absit lon„
gissimè: tale aliquid ut faciant. Ecce, quam inuen„
imus in saccis nicenimus, tibi è terra Canaan pecu„
niam retulimus. Iam igitur è domo tua, aut argentum
nos, aut aurum surripuerimus? Apud quemcunque de
servis tuis inuentus fuerit, morte plectatur. Quin
etiam nos cæteri, domini nostri servi erimus: Sit sanè
ait ille, uti à nobis dictum est. Apud quemcunque in„
ventus fuerit, is serviat mihi. Vos autem liberi sitis.
Illi igitur festinanter sacros in terra depositos, aperie„
bant. At ille à natu maximo facto initio ad minimũ
sacros perscrutabatur. Sic igitur in sacco Beniamin scy„
phus inuenitur. Hic laceratis vestibus sacris in asinos
impo„

impositis, in urbem reuertuntur. Iuda cum fratribus
domum Iosephi, ibi enim adhuc commorabatur, in-
greditur. Coram ipso igitur abijciuntur in terram.
Quos Ioseph allocutus: hoc cur tandem admittere nõ
dubitauistis? an me talem uirum, non diuinare po-
tuisse sciebatis? Quid nos, inquit Iuda, domino meo,
aut quomodo saltem dicamus? aut quae est innocentiae
nostrae defensio? Peccata seruorum suorum Deus ul-
ciscitur. Ecce, nos & ille, apud quem scyphus niuen-
tus est, domini mei serui sumus. Ioseph contra: Absit
à me, ut hoc faciam longissimè: apud quem scyphus
niuentus est, ille homo, mihi seruiat: Vos bona cum
pace, ad patrem uestrum redite. Accedens autem Iuda
inquit: Mi domine, liceat seruo tuo coram auribus
tuis uerbum loqui: mi domine, contra seruũ tuũ
ne excandescas: tu enim Pharaonis es similimus.
Dominus meus cum seruos suos, haberent ne pa-
trem, aut fratrem interrogasset, respondimus: Vnũ
esse nobis patrem, iam aetate confectum, & natum
in eius senectute puerum, cuius frater mortuus
sit, illum de matre sua solum esse reliquum, & à
patre unicè amari. Hic tu nos respondens seruis
tuis: Afferte eum mihi inquit, ut illi benefaciam.
Nos contrà: À patre suo aegrè ille puer auellitur:
illo enim abducto, moreretur. Tu uerò, nisi prae-
sente fratre uestro natu minimo, inquis, cauete

faciem

faciem meam aspexeritis. Reuersi ad seruum tuum, pa-
trem meum, domini mei sermones renunciauimus. Re-
dite uos, inquit pater noster, & paululum nobis alimenti
emite. Nos autem respondimus: Illuc nos nullo modo
redire possumus, nisi praesente fratre nostro minimo, ita
enim discedimus. Illo enim absente, faciem uiri illius
nobis non licet aspicere. Seruus tuus pater noster, sic
respondet nobis: Duos mihi uxorem meam peperisse nō
ignoratis. Quorum alter egrediens à me, discerptus ēē
dicitur: ego quidem certè non uidi eum amplius. Hūc
igitur si à me abducitis, & ni commodi aliquid ei
acciderit, uos cum luctu, & moerore canos meos in
sepulchrum deducetis. Quod si igitur ad seruū tuum,
patrem meum, sine hoc puero uenero, quoniam hō
illius anima cum huius conglutinata est, fiet ut desi-
derans puerum moriatur. Sic nos serui tui, canos
serui tui patris nostri, quanto cum dolore in sepulchrū
deduceremus. Ego enim seruus tuus, patri meo pro
illo puero spopondi, dicens: Hunc tibi nisi reduxero, eā
culpam ego perpetuò sustinebo. Quamobrem seruus tuus
loco pueri, ut seruiam tibi retineatur: & puer cum
fratribus suis reuertatur. Non enim possum nisi re-
ducens puerum ad patrem meum redire. Aliter cala-
mitatis, quae patri euentura esset, me spectatorem esse
oporteret.

XLV.

Hic.

Hic igitur tenere se Joseph amplius non potuit, coram omnibus qui circumstarent: omnibus autem remotis, nemo aderat, cum se fratribus suis Joseph patefaceret. At ille palam flebat, ut eiulatum Ægyptij, & familia Pharaonis exaudirent. Ego sum Joseph, inquit fratribus suis. Nunquid pater meus uiuit. Fratres eius quòd eius conspectu metu debilitarentur: non poterant respondere quicquam. Ille autem: Ad me quaeso accedite. Quos propius accedentes allocutus: Ego Joseph sum inquit frater uester, quem uos in Ægyptum uendidistis. Sed uos nihil sitis soliciti, neque me quòd huc uenderitis me, irasci cogitetis. Uestrae enim uitae causa, ante uos me praemisit Deus. Biennium enim caritatis exactum est: restat deinceps quinquennium, quo nulla erit neque aratio, neque messis. Deus autem ante me praemisit, ut uos in terra faceret superstites, & insigni auxilio uitam uestram uindicaret. Iam igitur non uos me huc misistis, sed potius DEUS. Ille me Pharaoni ceu patrem constituit: dominum praeterea familiae eius totius: principem uniuersae Ægypti. Festinanter igitur ad patrem meum redite, eique meis uerbis nunciate: Deus me Dominum totius Ægypti constituit: nulla mora interposita, ad me descendite. In terra Gosen habitabis, propè me, cum liberis tuis, & nepotibus, gregibus, & armentis tuis, & quaecunque

alia

alia possides. Ibi prospiciam tibi. Quinquennium enim
caritatis annonæ restat: ne tu cum familia, & quicquid
tuum est pereas. Ecce, vestri, & fratris mei Beniamin vi-
dent oculi, me coram vobiscum colloqui. Patri meo di-
gnitatem meam in Ægypto, & quicquid ipsi vidistis re-
nunciate. Festinate, ut huc cum patre meo descendatis.
In collum autem fratris sui Beniamin niuadens, flebat:
idem Beniamin collo eius adhærens flebat. Osculo singu-
lis dato fratribus, apud ipsos lachrymatur. Postea cum
ipso fratres loquuntur. Sed cum fama in ædibus Pha-
raonis percrebuisset: Iosephi fratres adesse: gratum erat id
Pharaoni, & seruis eius omnibus. Pharao Iosepho: Fra-
tribus significa, ut oneratis iumentis discedant. In
Canaan autem reuersi, patrem vestrum, & familiam
ad me adducite. Bona vobis in Ægypto dabo, ut adipe
regionis vescamini. Tu autem ut id faciant, man-
da ipsis. Currus ex Ægypto, quibus liberos, & uxores
vestras portetis capite, ducentesque patrem vestrum
redite. Suppellectilem vestram, ne nimium amate.
Bona enim Ægypti universæ vestra erunt. Filij Israel
dicto sunt audientes. Ioseph eis currus attribuit, de mā-
dato Pharaonis, & aditer viaticum. Singulis autē
elegantem vestitum, Beniamino verò trecentos ar-
genteos, & vesteis quinque solenneis donabat. Patri
autem decem asinos bonis Ægyptiacis, & decem asi-
nas frumento onustas, panem denique, & esculenta

mi

ni viam mittebat. Sic dimittens fratres, eos abeuntes ne in itinere litigarent, hortabatur. Ita ex Ægypto ascendentes in Canaan, ad patrem Iacobum revertuntur. Cui renunciant dicentes: Ioseph adhuc superstes, totius Ægypti est dominus. Eius autem cor, à talibus cogitationibus longissimè aberat, neque fidem tribuebat ipsis. Omnia igitur verba Iosephi, quæ cum ipsis locutus erat referunt. Ille autem visis curribus, quos illi Ioseph ad vecturam miserat, spiritus Iacobi patris eorum revixit. Et dicebat Israel: Quòd filius meus Ioseph vita fruitur, omnia me habere puto. Visere ipsum cupio, antequam ex hac vita evocer.

XLVI.

Israel cum bonis suis omnibus proficiscitur. Bersabam autem cum venisset: sacrificium facit Deo patris sui Isaac. Noctu visus est illi Deus dicere: Iacob, Iacob. Adsũ inquit ille. Ego ait ille Deus sum, deus patris tui: ne verearis in Ægyptum descendere. Ibi enim numero hominum te locupletabo. Tecum unà in Ægyptum abeo: téque huc reducam. Ioseph præterea manus suas tuis imponet oculis. Bersaba igitur descendentem Iacob, filij Israelis patrem suum Iacobum, cum liberis suis, ex uxoribus, curribus quos vecturæ nomine Pharao miserat vehebant. Cum pecoribus, & quæ in Canaan adepti fuerant bonis omnibus in Ægytum commigrãt: Iacob cum posteris suis omnibus filijs, & nepotibus, filiabus

bus, & nepotibus: posteros suos omneis, ni Ægyptum secum
ni duxerat. Nomina filiorum Israël, qui ni Ægyptum
ni gressi sunt, hi sunt. Iacob, eiusque filij. Ruben primo loco
natus Iacobo. Eius filij: Hanoch, Pallu, Hezron, Charmi.
Simeonis filij: Iemuël, Iamin, Ohad, Iachin, Zoar, Saul
ille ex Cananitide filius. Leui filij: Gerson, Caath,
Merari. Iudæ filij: Ger, Onan, Sela, Perez, Serah.
Ger autem, & Onam ni regione Canaan, diem suũ
obierant. Perez filij: Hezron, Hamul. Issachar
filij: Thola, Phua, Iob, Semiron. Sebulon filij: Sered,
Elon, Iahleel. Atqui hi quidem ex Lea sunt filij, nati
Iacobo ni Mesopotamia: quorum cum filia Dina nu-
mus est, cum filijs, & filiabus, animarum triginta
trium. Gad filij: Ziphion, Haggi, Suni, Ezbon, Eri,
Aroth, Areli. Asser filij: Iemna, Iesua, Iesui, Bria,
& Serah soror eorum. Filij Briæi: Heber, Malchiel.
Hi sunt ex Silpa libera, quam Laban filiæ suæ Lea
dabat: quæ Iacobo animas illas sedecim peperit.
Rahelis uxoris Iacobi filij: Ioseph, Beniamin. Iosepho
ni Ægypto nascuntur: Manasse, Ephraim: quos illi
peperit Asnath filia Potipharæ, sacerdotis Onensis.
Filij Beniamin: Bela, Becher, Asbel, Gera, Naaman,
Ehi, Ros, Mupim, Hupim, Ard. Hi sunt ex Rahela libe-
ri, nati Iacobo, anima decem, & septem. Filij Dan:
Husim. Filij Nephthali: Iahzeel, Guni, Gezer, Sillem.
Hi sunt liberi Bilhæ, quam filiæ suæ Rahele Labat
Laban

Laban. Hæc Iacobo animas septem peperit. Animæ igitur omnes, quæ cum Iacobo in Ægyptum ierant, quæ ex foemore eius prodierant, nuribus solis exceptis, sunt sexaginta sex. Animæ duæ Iosepho in Ægypto natæ erant, ut familiæ Iacobi animæ, quæ in Ægyptū uenissent essent septuaginta. Ad Iosephum autem Iudam præmittit, ut locus ei in Gosen ostenderetur: ita igitur Gosenum ueniunt. Curru instructo obuiam patri Israëli in Gosen prodit Ioseph. Quem simul ac uidit, in collum eius inuasit: & pendēs in collo diu lachrymatur. Non inuitus, inquit Iosepho Israël moriar: posteaquam tuam faciem aspexi, teque superstitem esse uideo. Fratribus suis, & familiæ paternæ inquit Ioseph: Ascendam, & hoc Pharaoni nidicabo. Fratres mei, & familia paterna ex Canaan ad me uenerunt, homines pecuarij: rei enim pecuariæ sunt studiosi. Greges, & armēta sua, & quicquid omnino possident secum adduxerunt. Vobis igitur accersitis, cum Pharao dixerit: Unde uictum quæritis? respondete: Serui tui homines pecuarij sunt, iam à pueris, & nos, & maiores nostri. Vt terram Gosenam nicolatis. Omneis cum pecuarios Ægyptij abominantur.

XLVII.

Ioseph igitur nidicans Pharaoni: Pater meus inquit, & fratres mei, cum gregibus, & armentis suis, & bonis

bonis suis omnibus, è regione Canaan Adsunt, & in Go-
sen commorantur. Quinque autem fratres suos natu
minimos, coram Pharaone sistit: Quos Pharao alloqtur:
Unde victum quaeritis? homines pecuarij sunt servi
tui, nos & maiores nostri. Addunt illud etiam: ad
vos ut unà in hac terra habitemus venimus. Servi
enim tui, quòd caritas annonae terram Canaan propè
opprimat: ad alenda pecora omni pabulo destituuntur.
Liceat igitur pace tua, servis tuis terrā Gosen incole-
re. Pharao Josepho: Pater tuus est, & fratres tui: illi
ad te venerunt. Terra Aegypti patet tibi: tu vide
ut in optima regionis parte habitent: terrā Gosen
incolant. Quod si homines industrios esse aliquos no-
veris, pecoribus meis eos praefice. Joseph patrem suum
Jacobum introducens, eum coram Pharaone sistit. Ja-
cob autem Pharaoni bene precabatur. At ille Jacobum
interrogat: Quot annos habes? Ille respondet: Pere-
grinationis meae tempus, centum triginta annos
complectitur: vitae meae dies & pauci, & improbisant:
neque tempus peregrinationis patrum meorum attin-
gunt. Pharaoni autem bene precatus Jacob: ab illo
egreditur. Joseph patri, & fratribus suis habitatio-
nibus prospicit: illisque in optimo terrae loco possessi-
ones in Aegypto attribuit, in terra scilicet Ramesse,
de qua Pharao mandaverat. Prospiciebat autem
patri, & fratribus & universae familiae, singulis
tamen pro numero liberorum. Non erat autem

uspiā

uspiam panis: grauis enim inopia, & fames, totam
Ægyptum, & Canaan, ut penuria pene contabesceret
ita premebat. Omnem pecuniam quae in Ægypto, &
Canaan pro frumento erogata fuerat, collectam, in
aedeis Pharaonis Ioseph intulit. Sed cum pecunia deesset,
tam Ægyptijs, quam Cananeis, ad Ioseph uniuersi
Ægyptij adeuntes: Cura uobis panem inquiunt, cur
coram te, pecuniae inopia morimur? Pecora uestra ad-
ducite, inquit Ioseph: Cum enim pecunia destituami-
ni, pro pecoribus uobis dabo. Pecora Ioseph afferunt. At
ille pro equis, ouibus, bobus, & asinis panem illis da-
bat. Sic pro pecoribus eorum omnibus, illo anno eos
pane alebat. Amoo exeunte, ad ipsum anno alteuo
redeuntes: non caelabimus dominum nostrū inquiunt:
non pecuniam modò, sed pecora etiam omnia ad do-
minum nostrum peruenisse: nec amplius quicquam
domino nostro apud nos esse reliquum, solis corpo-
ribus nostris, & agris exceptis. Cur igitur coram te,
nos, & agri nostri moriuntur? Quinpotius nos ipsos,
& terram nostram pro pane emito, ut nos, & ager
Pharaonj seruiamus. Semina nobis suppedita, &
ut uitam tueamur, & à morte simus liberi, nec
ager horridus fiat, atq; incultus. Ita igitur Ægyptū
totam Pharaonj Ioseph emit: singuli enim suos agros
uendebant: quòd nimia difficultate premerentur: sic
terra illa Pharaonis erat propria. Ille autem populos
in oppida distribuebat, ab una Ægypti parte, ad alte-
ram

ram. Agrum saltem sacerdotum non emit. Ille enim sacerdotibus, ut inde viverent, de eo quod ipsis dederat, sfu-erat à Pharaone attributus. Propterea igitur agrum suum non cogebantur vendere. Ecce, inquit ad populum Joseph, hodie vos, & agrum vestrum Pharaoni sum mercatus. En vobis semina, agros conserite: de frumento autē quintam partem Pharaoni pendetis. Quatuor partes ad sa-tiones, & cibos vestros, vestraeque familiae, & liberorum vobis servate. Illi respondent: Dummodo beneficio tuo vivamus, & simus apud te dominum nostrum in gratia: servi Pharaonis esse non recusabimus. Sic igi-tur de Aegyptiorum agris, ut quinta pars Pharaoni da-retur, solo sacerdotum agro excepto: ille enim Phara-oni proprius nō fiebat (vel, illum sibi Pharao non vendicabat): ~~lege igitur~~ legem eis, etiam hodie usitatā, ferebat Joseph. Sic igitur in Aegypto Israel habitabat in terra Gosen, quam illi possidebant. Numero autem & multitudine crescebant. Jacob decem, & septeman-nos in Aegypto vivens, integrum vitae tempus ad annos centum quadraginta septem perduxit. Sed cū ad exitum vitae, iam, iamque Israel vocaretur: accersito filio suo Josepho: Si qua mea apud te gratia est inquit: foemori meo manum tuam suppone: ne pro tuo amore, & fide me in Aegypto sepelias. Ego-n. apud patres meos iacere cupio. Tu igitur ex Aegypto eductum me, in ipsorum sepulchrum infe-res. Faciam, inquit ille, sicuti à te dictum est. Iura igitur ait ille. Iurat: In lecto igitur ad caput Is-raël inclinabatur.

XLVIII.

Postea cum Iosepho renunciatum esset de morbo patris, secum duos filios Manassen, & Ephraim ducebat. Cognito autem adventu filij sui Iosephi, confirmabat se Israël: & in lecto sedens dicit Iosepho: Omnipotens deus mihi in regione Canaan, Lusi visus est: Benedicens autē mihi: Ecce inquit, faciam ut crescas multiplicatus, te populum copiosum efficiam, & hanc terram posteris tuis propriam dabo perpetuò. Tui igitur duo filij Ephraim, & Manasse: qui tibi antequam ego huc ad te venerim in Ægypto nati sunt, mei erunt, sicuti Ruben, & Simeon. Posteasi quos procreaveris, tui sint, & ceu fratres in sua hæreditate nominentur. Redeunti autem ex Mesopotamia Rahel mihi in Canaan moriebatur: in via, cum non amplius iugeri spacio Ephratha abessem: quam ego ibidem propter viam Ephratha humanis: quæ nunc dicitur Bethlehem. Visis autem Iosephi filijs: qui sunt isti? inquit Israël. Filij mei sunt inquit Ioseph patri suo: quos hic mihi deus dedit. Adduc mihi eos inquit, ut benedicam ipsis. Præ senio enim caligo oculos Israelis texerat, nec bene videre poterat. Adducit igitur: quos ille osculatur, & complectitur dicens: Ecce, contra expectationem meam, faciem tuam vidi: nunc etiam dei benignitate semen tuum aspicio. Ioseph eos ex ipsius gremio tollit: séque in terram coram ipsius facie inclinat. Ambos autem, Ephraimum dextera sua, ad Israelis sinistram: Manas-

sen

sen autem sinistra sua, ad Israëlis dexteram conuersū
ad ipsum adducit. Israel uerò extensam dexteram suam,
capiti minoris natu Ephraimi: sinistram capiti Manassis
imponit: prudens autem, sciensque manus sic compone-
bat: Erat enim Manasse prior natu. Bene autem pre-
cabatur Iosepho dicens: DEVS coram quo patres mei Abra-
ham, & Isaac uersati sunt: DEVS qui me toto uitæ
meæ tempore, ad hunc usq; diem pauit: Angelus qui
me ab omni calamitate protexit: ille his pueris benedi-
cat, ut meo, patrumque meorum Abrahami, & Isaacis
nomine appellentur: ut ijdem crescant, & plurimi, in
terris fiant. Ioseph animaduerso, quod pater dextram
capiti Ephraimi imposuisset, ægrè ferebat: sumptamq;
patris manum, de capite Ephraimi auertere, & ca-
piti Manassis imponere cogitabat, dicens: Non sic,
mi pater: Hic prior natu est. Dextram capiti eius im-
pone. Pater autem recusans dicit: Noui mi fili, noui.
Etiam hic populus erit, & magnus erit. Frater autē
eius minor natu, magnitudine eum præstabit, &
semen eius populus nigens fiet. Sic igitur eo die bene
illi precabatur, dicens: Quicunque in Israel be-
ne aliquid precari uolet; dicat: Te deus ceu Ephra-
im, & Manasse adhibeat. Ita Ephraim Manassi ante-
ponebat. Israel Iosepho ait: Ecce, ego quidem morior:
Deus autem uobiscum erit, uosque in terrā patrum
reducet. Separatim à fratribus tuis, partem terræ tibi
attribui: quam ego gladio, & arcu meis, è manibus
Amoritorum eripui.

XLIX.

Iacob filios suos accersit dicens: Conuenite ut quæ
vobis euentura sint in posterum, vobis denunciem. Ade-
ste communiter, & audite filij Iacobi: patrem vestrū
Israel audite. Ruben filius meus primus: tu po-
tentia mea, & primæ vires, princeps in sacrificio:
princeps in regno. Tanquam aqua, sic leuissime
ferebatur. Tu supremus nō eris: tu enim lectum pa-
tris tui conscendisti, & ibidem lectum meū conscendē-
do maculasti. Fratres Simeon, & Leui: gladij
eorum arma crudelia: mea anima eorum consilijs
non intersit: nec honor meus, in eorum templis.
Iratienim virum trucidarunt: & petulanter bouē
perdiderunt. Detestanda eorum ira est, quod tā atrox:
& eorum furor, quod tam intractabilis est. Eos ego
in Iacob diuidam: & in Israel dissipabo. Iuda tu ille
es: te fratres tui prædicabunt. Manus tua, hostes tuos
premet: vel (manus tua capitibus hostium imi-
nebit) coram te, patris tui liberi inclinabuntur. Iu-
da leo iuuenis est. Altè euolasti, mi fili, magnitudi-
ne victoriæ. In genua abijciens se, ceu leo se pro-
strauit, veluti leæna, quos se illi opponet. Non ante
de Iuda sceptrum abalienabitur: nec magister de pedi-
bus eius, quàm ille heros veniat. Illi populi adhæ-
rebunt. Pullum suum ad vitem, & asinæ filium ad
palmitem præciosam alligabit. Vestem suam vino
lauabit: & pallium suum sanguine mori. Oculi

eius

eius rubicundiores ~~vino~~ vino: & dentes candidiores
lacte sunt. Sebulon in litore maris habitabit, in litore
navium, & Sidonem usque pertinget. Isaschar, asinus
erit ossens: & intra fines castra ponet. Otium autem opta-
bile, & regionem amoenissimam esse vidit. Humeros
oneri subijcit, & servus tributarius factus est. Dan sui
populi iudex erit: ceu tribus alia Israelis. Dan serpens in
via erit: & cupera in semita: equis mordebit calcane-
um, ut eques à tergo excidat. Domine salutem tuā
expecto. Gad expeditus ducet exercitum, & reducet.
De Asser panis eius pinguis: ille à regibus inibit gra-
tiam. Naphthali cervus velox: sermones fundit ele-
gantes. Joseph crescet tanquam ad staturiginem pe-
perennem crescet. Filiae in imperio incedunt. Etsi au-
tem à sagittarijs provocetur: ijdemque bella contra
ipsum gerant, & persequantur: tamen arcus eius
firmus, & bracchia manuum eius robusta manēt,
per manus fortissimi in Jacob. Ex ipsis pastores,
& lapides in Israël extiterunt. Tibi à patris tui Deo
latum auxilium est: et ab omnipotente benedictus
es: benedictione à caelo desuper: benedictione ex pro-
funditate quae infra est: benedictione uberum, &
ventris. Benedictiones patris tui fortius prodeunt:
quàm benedictiones patrum meorum (quod est
in optatis praestantissimorum mundi) & in caput
Josephi recident, & verticem Nasiri inter fratres
eius. Beniamin lupus est rapax. Mane praedam
vorabit

norabit: vesperi prædam dispartiet. Atque hæ quidem duodecim sunt tribus Israëlis omnes: & illa cum ipsis pater locutus est: cum ipsis benediceret, singulis, singulis benedictionibus. Mandabat autem illis hoc etiam: Ad populum meum ego aggregor: apud maiores meos me sepelite, in spelunca agri Ephronis Hethæi, in spelunca illa gemina, quæ contra Mamre est, in Canaan, quam Abraham adiunctam agro ab Ephrone Hethæo, ut sepultura esset, familiæ perpetua est mercatus. Ibi Abraham sepultus est: ibi uxor eius Sara. Ibidem Isaacum, & Rebeccam uxorem eius sepeliuerunt. Ibi ego quoque Leam sepeliui in agro, & spelunca, empta à filijs Heth. Mandatis illis perfectis omnibus: complicatis in lecto suis pedibus, efflauit animam, & ad populum suum est aggregatus. Joseph in faciem patris irruit, & lachrymans osculatur eum.

L.

Seruis suis medicis mandat Joseph, ut patrem condirent. Medici quadraginta diebus, totidem eum corporibus condiendis consumuntur, Israëlem aromatibus iniungunt. Ægyptij septuaginta diebus lugent eum. Sed luctus dies cum præterijssent, familiam Pharaonis Joseph alloquitur: Ulla mihi si apud vos parta gratia est, quæso ut cum Pharaone loquamini hæc, dicentes: Iureiurando obstrinxi

me

me pater, ut se mortuum in proprio sepulchro, quod ipse
sibi in Canan fodisset sepelirem. Ascendam igitur, me-
unique patrem humabo, & revertar. Ascende inquit
Pharao, & pro iureiurando tuo, patrem sepeli. Ita ad
sepulturam patris Ioseph proficiscitur, eumque omnes
servi Pharaonis, seniores familiae, & regionis Aegy-
pti comitabantur. Tota denique Iosephi familia, fra-
tres, famuli paterni: liberos saltem, oves, & boves
in Gosen relinquebant. Currus praeterea, & equites
eum sequebantur: ut prope magnus esset exerci-
tus. Cumque ad aream Atad pervenissent trans
Iordanem, plangore, & lugubri lamentatione
omnia compleverunt. Septem diebus patrem suum
lugebat. Visa autem lamentatione ad aream Atad,
Cananitae dicebant: Aegyptiorum magnus ibi est ge-
mitus, magna lamentatio. Inde locus trans Ior-
danem, Aegyptiorum lamentatio, nomen est ade-
ptus. Liberi sicuti ipsis mandaverat, facientes,
in regionem Canaan eum inducunt, eumque sepe-
liunt, in spelunca gemina agri, quam Abraham
cum agro, ad sepulturam familiae perpetuam ab
Ephrone Hetheo contra Mamre erat mercatus.
Sepultura constituta Ioseph cum fratribus, & omnibus,
qui ~~cum~~ ipsum humationis causa erant secuti, in
Aegyptum revertuntur. Fratres autem Iosephi, post
patris obitum cum metuerent, ne iratus ipsis Io-
seph, perfidiam eorum erga se ulcisceretur, illi haec

significant

significant: Ante obitum suum tibi hæc indicari pater
mandauit. Quæso te, peccatum, & facinus, quod ni
te admiserunt, fratribus condona. Quæsumus igitur,
ut nobis Dei patris tui ministris id peccatum remittas.
Ioseph autem cum illud loquerentur, lachrymabatur. Ac-
cedentes autem fratres, coram ipso prosternebant se: Ecce
servi tui sumus inquiunt. Illum timorem omittite,
ait Ioseph. Ego enim etiam sub Deo sum. Malè me,
cum agere cogitabatis: at Deus benefacere statuerat:
ut quod nunc quidem sitis liquet, id ageret, &
plurimos conseruaret. Nihil est igitur quod vereami-
ni. Vos, & liberos vestros tuebor. Consolabatur igi-
tur eos, & blandè cum ipsis, familiariterque loque-
batur. In Ægypto ergo cum familia patris Ioseph ha-
bitabat: annos viuens centum, & decem. Ephraim
autem liberos, nepotesque tertios videbat. Filij etiã
Machir, filij Manassis, in gremio Iosephi liberos procre-
abant. Fratribus autem suis Ioseph: Ego quidem
morior inquit: vos autem reuiset Deus: redu-
cetque in regionem ex hac terra, quam iureiurãdo
Abrahamo, Isaaco, & Iacobo est pollicitus. Iureiurãdo
igitur filios Israëlis obstrinxit, dicens: Cum vos
reuiset DEVS, hinc ossa mea asportate. Itaque ~~tum~~
diem suum obijt Ioseph: anno ætatis centesimo,
decimo. Quem illi conditum: in arca deposuerunt.

Θεῷ δόξα.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0136

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn845404121/phys_0137

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0138

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0139

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0140

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0141

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0142

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0143

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn845404121/phys_0144



...ineaduertebant, et folia ficulna contexentes, tegumenta
... parabant. Cum autem diei æstus remisisset, vocem dei
...mini in horto inambulantis audiebant. Adam igitur cum
...ore sua conspectum Dei domini fugiens, in horto sub
...oribus se abdebat. Deus autem dominus inclamans: Adā
... es? inquit. Ille verò: Audiens vocem tuam in horto,
...uij, & quòd nudus sum, abdidi me. Quis nudum esse
...ait ille, dixit tibi? Nonne fructum arboris à me pro-
...ite, comedisti? Adam autem, mulier inquit, quam
...sociasti mihi de arbore quod obtulit mihi, eo vescebar.
... tu, inquit Deus dominus mulieri, ista fecisti? Illa cō-
..., ut comederem inquit, à serpente persuadebar. Hic
...entem allocutus Deus dominus, hoc te posteaquam im-
...sore factum est, perditus execratione sis, inter ani-
...lia cuncta, & bruta agri universa. Abiectus in uē-
...n, humi repes, & pulvere vesceris perpetuò. Ego au-
... inimicitias conflabo inter te, & mulierem, inter tuū
...lius semen: ille caput tibi pedibus comminuet: tu au-
... eius punges calcaneum. Mulieri verò dicit: Multos
... gravidæ dolores efficiam: quinetiam cum dolore li-
...s paries, & voluntas tua, imperio mariti tui subiecta
...: isque dominabitur tibi. Tu autem inquit Adæ, mu-
...is quoniam dicto audiens fuisti, & de arbore, quam ne
...tares mandaveram comedisti: tua causa maledictus
...r sit, miserè inde vitam tuam propagabis perpetuò: spi-
... feret tibi, & tribulos: tuque oleribus agri vesceris.
...ribus vultus tui, panem comedes tuum, dū ex qua
...ptus es, in terram commuteris. Terra enim es tu, &

terram